

Ann. 1000

[Ab. ant Jan tinales bigenses antlogate
[Kullaa juad ~~est~~ iuta kigun].

Litterae annuae societatis
Jesu
ad patres et fratres ejusdem
societatis.

J. Christiani
1889. scripsit.

469

26

Ms. 1000

1596 - 1619

Anni 1596, Neapoli 1605

Neapolitanense Collegium, pag. 36 - 42.

Neapoli septemdecim de nostris versati sunt: septem sacerdotes, tres magistri, reliqui utriusque auxilio. Annus hic fame totam pene Livoniam afflixit, ut non animis solum, sed etiam corporibus miserorum consulere necesse fuerit, et curatum utriusque pro viribus. Sed quod attinet ad animum, strenue nostri laborarunt in sterili agro hoc, seu densa potius silva excutenda. Sed solum omne perpurpare immensi profecto est operis, nec tantae rei tanta operarum paucitas est satis; est enim camporum vastitas immensa: neque tantum fentes extirpandi, sed annosae etiam et duratae excutendae arbores. Quod tamen paucorum hominum opera fieri potest, curatur sedulo, ut arvi, quantumque nacti sumus bene, culti fines in dies proferantur.

Confessiones generales in Urbe auditae tremille et sexcentae quinquaginta. Superstitiones, abusus varii, impuri, nefarii,

ridiculi, sublatis plurimi; malis multis
 in perniciem tum corporum, tum animo-
 rum exorientibus occursum. Quidam fa-
 miliaritati mali Daemonis ita se addi-
 derat, ut multis in rebus illius iuteretur
 opera; et cum subinde conscientia sti-
 mulante hominem facti poeniteret, nun-
 quam tamen sanae mentis consiliū
 affirmavit. Accedebat, ad certiorē ho-
 minis perniciem etiam haeresis. Sex de-
 cim ipsos annos perplexus in hac anei-
 piti periculosaque dubitatione fluctua-
 vit. Attulit tandem laboranti Divina
 potentia auxiliū, hominemque in me-
 dio versantem mortiferi belli turbine
 deduxit ad nostros; ita et eo periculo e-
 reptus et Ecclesiae est, ac pie viventium
 coetui restitutus. Monitus alius a
 nostro, ut vitam corrigeret, eoque duci
 se fineret, quo Divina voce traheretur,
 serium dictum tempestivo scilicet ioco
 elusit. Cum Deus, inquit, me traxerit,
 tum sequar quo me ducet. Paucis ab
 eo sermone diebus in rida vulneratus,
 et fuisse fortasse letale vulnus, ni-
 Deum, quem iacta temere voce irrita-
 bat, festinata poenitentia placasset, tum

siquidem fessus, se trahi Divinitus, sa-
 cerdotem, cuius antea monita contempse-
 rat, ad se poenitentiae causa iubet
 acciri.

Sed non minores ex locis aliis, quo nostri
 excurverunt, collecti fructus. Baptizati
 variis in locis ducenti septuaginta no-
 vem, et ex iis adulti non pauci; tam
 alti fentes boni patrifamilias sementem
 obuevunt. Baptismi ritus in trecentis
 triginta et uno, matrimonii in undecim
 conjugis suppleti, ab haeresi tredecim,
 a Graeco schismate quatuor se recepe-
 re. Nimirum has vetustate duratas
 arbores evellere est arduū, inflectere
 nisi data virtute Divinitus, multo diffi-
 cilius.

Plenaria indulgentia nostrorum ex-
 cussionibus concessa¹⁾ cum hominibus¹⁾ quinquaginta
 centum communicata. Confessiones
 generales auditae mille nongentae
 quadraginta novem, ad sacram men-
 sam trecenti decem admisi. Inritus
 est numerus confessionum auditorium²⁾ im original
 tum in Urbe, tum foris; ad sexies²⁾ Paps²⁾ sicut in Roma.
 mille sexcentas ac quinquaginta quinque

1) quinquaginta
 " et "

pervenerunt, siquidem sacerdos unus
generales confessiones excepit bis mille
septemdecim. Ampla omnino expectan-
da messis, si modo sementi par fructus
respondeat. Haec de sacrorum admi-
nistratiōe.

Non habent scholae multa, quae nar-
rentur, spes tamen adhuc est proventu
melior. Ediquam omnino erudimus ju-
ventutem. Sed quam speramus pusillum
esse gregem, cui regnum dare summo pa-
tri complacuit; nam et ex eis multi in
Deiparae ascripti sodalicio, tantae ma-
tris tutela se praebent non indignos, et
ii, quibus corporis Christi constat soda-
litas altera, licet numero pauci, exem-
plo tamen virtutum caritatis praecipue
in aegros et egenos, instar habent mul-
torum. Ad proxime in aegrotā quadam
ac derelicta femina perspectum est.
Facbat misera omni ope destituta in
platea lurida, macie confecta, ac morti
proxima, pestilenti aliquo sordere per-
cussam diceres; neque erat, qui afflic-
tam sublevaret. Hujus indigentiae bo-
ni sodales ita opem tulere, ut quanto
illa vi morbi foediorē contabuit, tan-

to illustrius illorum in viva et mortua
curanda officium eleverit. Acade-

mici[†] alii (extra horum numerum ex
scholis fortasse fuere) cum Depato
emigrarent, egregiam exercendae cari-
tatis occasionem instar Sannaritanum
Evangelici nacti sunt; in hominem
incidunt in itinere vulneribus misere
concisum, abjectum in via tanque ma-
le acceptum, ut neque pedibus repere
posset, neque manibus, veste insuper
spoliatum, lacerna ei tantum ac femo-
ralibus relictis. Tam miserando specta-
culo commoti boni adolescentes accur-
runt, carrucam comparant, hominem
ad proximum oppidum²⁾ in hospita-
lem domum devehunt. Hospitii prae-
fectus lutheranus eos primo adventu
tecto prohibuit, victus tandem precibus
aegre concessit, ut ibi saucius quiesceret
tantisper, dum ei solliciti sodales vehi-
culum conquirerent. Duo ex illis ad
vicinam arcem³⁾ advolant, Dominum³⁾ ruffos Lübbe
adeunt; ab ipso comiter excepti, cursum
misero homini deportando Volmariam
usque, quo ille contendebat, libenter im-
petrant, ^{cum} tam interim qui apud aegrum

1) Die Vesperen der
obran de Laffan fests-
ten bibemilun d'ins
Nammig
2) futwads Walk
den Fellin
3) ruffos Lübbe
den Fellin

restituiscent, saniem detrogerent, vulnera obligarent, cibum praberent, omnia quae ad semianimum recreandum pertinerent sedulo administrarent, denique intima manus sublato curru perhumaniter imponunt.

Præclarum vero id Christianae caritatis argumentum tum locorum dominis, tum civibus licet haereticis visum et maxime probatum, homines inopes, peregrinos, fessos de via, sui oblitos, tanta cum animi alacritate de ignoti hominis calamitate esse sollicitos, tantoque cum labore, quae essent ad miseri levamen opportuna, conquirere, parare, ministrare; nihil non modo civium suorum, sed ne ab ullo quidem ministrorum tale unquam profectum; quin etiam ex nostrorum comparatione illorum magis inhumanitas declarata est, qui Christi Evangelium semper habent in ore. Nam cum miseri illius prima et una vox esset confessorium poscentis, vocatus, errore nescio cuius, minister loci ad moribundum advenae opem ferendam, venire recusavit. "Saltem ad eum in finem errorem pertrahendum extremo illo tem-

pore venisset, si suae legis religione tangeretur. Data tamen est opera diligenter, ut illius voto et pietati satisficeret. Relatus tandem Volmariam, parochus Volmariensi, societatis admodum benivolus commendatur.

Haec ab omnibus nostra tantum disciplina institutis praefecta, ex qua si tales rivuli manarunt, quae de ipso fonte concipere eos necesse sit, qui haec suspexerunt, haud difficilis est conjectura. His aliisque rebus imprimis vero divina ope speramus nos majore in dies frequentia auctum iri. Interim quantum in hac adolescentium paucitate proficetur, nos minime poenitet. Agitur sedulo cum patribus familias haereticis, ut suos liberos in nostram tradant disciplinam, sed nobis adversantur magistri Lutherani, quippe intelligunt, quicquid nobis accesserit, suis decedere emolumentis. Itaque hae paucitate continemur, et ex his quos habemus, multi, licet haereticis orti parentibus, egregia sane voluntate erga nos et bene erga catholicam fidem animati; sed per aetatis tener-

itudinem, parentum deterriti severitate, in apertum erumpere non audent. Illi tamen optime, quantum inter scholas nostras intersit et Lutheravorum, cum rebus aliis, tum maxime exercitationibus publicis intelligunt. Nam si usquam tum scholasticae, tum dramaticae actiones, hic maxime utiles sunt. Intellectum est proxime in scena, cum agentibus nostris discipulis docto poemate umbras et imagines veteris historiae ad excellentiam Sacrosancti Christi sacrificii et vivificae Eucharistiae, ipso ejus die festo apte respondere demonstraretur, res tam ingeniose tanto et apparatu et elegantia peracta, tantopere etiam omnium judicio probata, ut Despatenses omnes plane faterentur, nihil proferri posse in hoc genere, quod ipsorum memoria tanta cum laude gestum esset.

Et speramus non frustra semen jactum. Siquidem haec nobis et ingenii et doctrinae vel apud ipsos adversarios conciliant opinionem, ut prae nobis Lutheranae scholae contemnantur, speramus haec

esca delimitos, subinde aliquos Ecclesiae fagenam intraturos.

Reverendissimus Episcopus jam ab Urbe et aula Romana rediit. Is statim, atque afflictam ex longo itinere valetudinem recreavit, strenue ad sua obeunda munia aggressus est: altaria aliquot tum in nostro, tum in principi Templo consecravit, multos sacro chrismate inunxit, indulgentias in Principi Templo Mariae Virgini dicato, certis diebus consequendas publicavit, pecuniam ad scholarum studium honestis praemiis extantandum dedit, ad egentes item discipulos juvandos, ad xenodochium sublevandum, aliam assignavit. Capita quaedam ad magnam Ecclesiae bonum pertinentia, brevi commentario a nostris sibi proposita, probavit. Trimum, ut nuper correctum calendarium ab haereticis quibusdam, quos jure cogere poterat, servari juberet deinde ut quotannis praedia in sua ditione lustraret et baptismola ac matrimonia catholico ritu celebrari praeciperet, tum ut haeretico ministro ad rusticos Regios excursionis, poena capitis proposita, ~~juberet~~ inhiberet. Quae omnia

1) Omnipotens

videmus jam servari. Deus O. M. ^{se-} getibus his, quae tanta cura feruntur et rigantur, set illud, quod omnes optamus, incrementum.

pg. 48-50:

Collegium Rigense et Probationis Domus.

Habet adjunctam Probationis Domum Rigense Collegium. In uno et eodem domicilio degunt quadraginta, sacerdotes duodecim. Ex his tres agunt tertium Probationis annum, primum absolvent quatuor, docent fratres duo, veterani sex Collegio inferiunt, reliqui tirores.

In Germanos maxime, et Lotavos hic operam impendimus, licet ad vota labori fructus non respondeant. Confessiones auditae trium millium trecentorum triginta; coelesti cibo pasti centum quinquaginta; ad catholicam fidem a Calvino et Lutero traducti centum triginta tres. ²⁾ Ruthenis matrona illustis ad catholicam Ecclesiam cum tota familia adjuncta. Aqua baptismatis abluti triginta novem, matris

2) In Original pass
an Diap. Halle 50
Karin Zri Jan.

monia quadraginta quatuor in facie Ecclesiae contracta.

Non desunt, qui suam ⁱⁿ fide ~~et~~ constantiam subinde praestent.

Puella catholica ad nefariam, quam execranda Synaxi obire coenam solent vesanae religionis sectatores, accessit, convicio minisque ab haereticis Domino adaeta. Ceterum nequam iam impuro illo foveulo se polluit; sed simul acceptum canis ¹⁾ lani vorantem transmissit. Paulo post per canis ¹⁾ lani culal.

Jam cogendi pecoris, quod ipsa in silvam Templo vicinam de industria compulerat, sacrilego colnacuulo exvicta, Templum petit; adit sacerdotem, ac crimine liberata, purissima sacra suscepit.

Illustius adhuc suae fidei documentum nobilis alia praebuit adolescentula. Haec Capitanei arcis filia, quamdiu in parentum haereticorum fuit potestate, invita illis obtemperavit. Emissa per nuptias et viro tradita, ipso conventu, ganniente et ac fremente matre, ad Ecclesiam catholicam catholicayque sacramenta se recepit.

Dinamonda et Novamola oppida sunt
minora, duobus hinc milliariis distan-
tia. Ibi catholici degunt permulti, sed
consuetudine haereticorum paulo re-
missiore ad religionem animo; huc
nostri saepius profecti, sopitum re-
ligionis studium civium animis cal-
caribus subjectis excitant. Bis in-
trobi que quadragesis horis continen-
tis diu noctuque supplicatum, mag-
na pietate et frequentia. Idem in op-
pidone an vico alio factum magno
cum animorum fructu. Videre erat
rusticam pebleculam repetitae religio-
nis gaudis perfusam lacrimas non
tenere, cum avitas ceremonias, jam
paene ex animis deletas, longo post-
tempore intuerentur. Speramus, Deo
bene juvante, etiam ex his hortulis
non contemnendos fructus in Domini
cellam inferendos.

Episcopus et nos invisit subinde et no-
biscum etiam diversatur, quin aliquot
hebdomadarum hospitio est usus. Fe-
riis Pentecostes in nostro Templo so-
lemni ceremonia sacrum fecit, concio-

1) In Original
Vesp. p. 10. 3. 1. 3. 1.
Jan.

2) In p. 9. p. 10.
Ann. 1607.

nem habuit et quadringentos octoginta
confirmavit. Nostorum opera, in
juorum praesertim salute procuranda,
multum vititur. Ad cetera ejus facta
laude digna illud accessit: 1) Templum 2) in Original
catholicis restituit, submoto inde in-
puro haeresos ministro; ejus quoque
impensa ampla domus restituta hospi-
tio adolescentium eorum, qui studio-
rum causa huc veniunt, neque aci-
vibus recipiuntur.

Sed quod ad nos pertinet, laudandis
sociorum animis, villa cum suburba-
no praedio Collegio accessit, e quo
praeterea trecentorum talerorum sumam
proventuram.

Anni 1598, Neapoli 1607.

ps. 45.

Provincia Colonia ... socios sex supra
quadringentos recepit, variis domiciliis
distributos ... Despatensi collegio viginti sex ...
Rigensi triginta sex.

ps. 65-70.

Collegium Rigense.

Maligniore adhuc proventu, quam Polo-
censis, Rigensis cultura compensatur. Ci-

vitas est omnis a nobis penitus averfa.
 Ministri Lutherani multis conviciis, etiam
 e suggestu, nos quotidie prosequuntur. Se:
 natus lege lata, cives omnes vetuit nostra
 templa frequentare, patres familias li:
 beros suos ad scholas mittere, advenas, qui
 scholarum nostrarum causa huc veniunt,
 civium recipi hospitio. Sed incommodum hinc
 ut superioris anni litteris est cognitum,
 Reverendissimi Episcopi liberalitate obviam
 est itum, quippe amplam domum coi:
 mit, quae advenas discipulos recipiat.

Neque tamen est solitudo circa nos,
 Germani et Lotavi catholici Collegium
 frequentant. Sunt autem Lotavi an:
 tiqui Livones agrestes, qui, occupata
 olim hac ora a Germanis, infusaque
 Germanorum lingua in Livoniam, ipsi
 in agris agentes, una cum antiqua con:
 suetudine victuque etiam linguam Liv:
 onicam retinere.

Conveniunt etiam tum ex Uobe, tum e
 vicinis haeretici ad nostrum templum. Con:
 gionem modeste audiunt, sacro tenentur
 apparatu, sacras preces sacrasque cerimo:
 nias libenter spectant, concentu musico
 delectantur. Proxime natalicis Christi
 feriis nocturnas psalmodias solemnesque

preces magna ipsorum frequentia
 celebravimus, siquidem, audito per noctis
 conticinium aeris campani sonitu, incredi:
 bili multitudine viri feminaeque con:
 venerunt. Quod exemplum et ipsi imi:
 tati, cum jam nobis esset tertius dies
 ante Idus Januarias, ipsis ex anti:
 quo Calendario octavo ante Calen:
 das²⁾ laetitiam Christi nascentis, novo
 et imitato ipsis more, buccinarum et²⁾
 tibiarum cantu et ipsi intempesta nocte
 exceperunt. Pari religione apparatusque
 et resurgentis Christi paschales et corporis
 Christi solemnes ferias celebravimus. Et
 quidem Paschae die festo centum triginta
 ad ecclesiam mensam accesserunt, cum per
 jejunii tempus homines alii ad septuaginta
 eam adisput; ex quo, quanta fructu
 hujus sit sterilitas et quantum laboris,
 sudorisque operis in hac vinea laborantibus
 superfit, adhuc intelligi possit. Sed
 dabit aliquando Deus, ut hujus quoque
 vineae proventu ubere lactemur. Pom:
 pam vero, qua illius die festo sacrosane:
 tum Christi corpus e templo elatum cir:
 cumfertur, magna religione ac nullo metu
 traduximus; prosequente Catholicorum
 virorum feminarumque magno numero
 qui e vicinis arcibus vicisque illius rei

1) lint ante No:
 nos Januarias
 mail die d: Hannes
 soup 18 Tage betrop.
 2) = 25. Dec.

causa convenerunt; haeretici sese ad spectandum effundentibus et cum voluptate gravitatem decentiamque nostrorum rituum probantibus.

Scholae non plures sexaginta instituntur adolescentes; nam ceteri metu legis prohibentur. Multi tamen subinde veniunt ad nos, de pietate sermones ut audiant, consiliaque exquirant ad animi salutem. Lutheri ineptias irident summoque studio praesferunt scholas nostras et templum frequentandi. Tres ex iis cum Ecclesia reconciliati, ad Sacramenta sunt admisi; reliqui vota differunt, dum libertatem assequantur. Pauci tamen illi, quos docemus, admirationi Civitatis sunt; cum in tantula aetate luculenta fundant lumina ingenii: sciti sunt et elegantes; mira promptitudine latine loquuntur; Declamant; magna etiam venustate, cum dicatur aliquid, agunt in scena. Cum filios suos videant cives, majore aetate tardiores et hebetiores. Offendit tantae laudis fulgor Civitatem. Itaque misit Senatus, Patrem Rectorem qui rogaret, magistris parecipere civium liberos ad scholas nostras invitare, ut Desistant.)

1) Non "tres ex iis" sed "Desistant" ipse in Interpretatione Originalis Philofophi cum in Interpretatione non nisi in fine.

Episcopum Vindensem, virum insoigni pietate doctrinaque et nostri ordinis amantissimum, Rigam cum venisset, gratulatoria oratione exceperunt, quorum ille ingenio delectatus et coram frustra omnia precatus est; et, cum ad hospites se recepisset, Ididit multis audientibus: utinam orationi modernae nobilissimi quique interfuerint hujus civitatis. Profecto vidissent, quam sancta apud Catholicos est puerilis educatio et quanta reverentia adversus illos, qui sacra administrant. Cum apud haereticos ministris et pseudofacendotibus nullius honor habeatur, deique illis male et sentiant et loquantur.

1) scil. Desistant.

Id nuper ex comparatione cognitum est. Crumena gemmarum aliarumque rerum plena pretio ad sexaginta florenorum nostro ab obonatore inventa est. Scripto proforibus proponitur, rem amissam haberi in Collegio, posse eum qui amisit, signis editis, sum recuperare. Cum admiratione novum morem haeretici laudarent, Paulo post, trium virorum comitatu venit mulier, enumeratis rebus singulis crumenam suam, etiam praemis sibi remisit, sum a laetitia recepit, atque dubitavit nostrorum integritatem laudare,

ministorum ex adverso nequitiam vitu-
perare, quorum, si in alicujus manus
crumena, inquit, illa pervenisset, nulla
religione illa omnia ad uxoris suae or-
natum convertisset.

Tirones, qui in probationis domo cum Col-
legio conjuncta exercentur, cum perpe-
tua et accurata disciplina ardentem in
pietatis studio ad eurrendum incitat,
tum miserandus casus in suscepto con-
silio confirmavit. Neque enim est in-
utile, ad aliorum eruditionem miseran-
dos interdum exitus referre eorum, qui
ab optimis consiliis desciscunt. Ex eorum
numero unus appensus in statera et
inventus minus habens, cum neque mo-
nitis neque lenitate animadversionum
quidquam melior fieret, omnes alios
sapere suo docuit interitu. Quinto enim
mense in silva, dum una cum aliis
caedendis arboribus interesset, annosae
arboris ruina ita contritus est, ut, cor-
poris truncus lacurato, diffracto cranio,
cerebrum a familiaribus ad sepulturam
Judaeis exciperetur.

Hinc quoque excursus est in Samozi-
tiam. Tres omnino diversis anni tempori-
bus ad eas gentes efuere missiones, quae
Pogotam, quae arx Moschorum ditioni

finitima est. Ubique magna omnium
laetitia nostri excepti sacerdotes, ut a
multis milliaris, praesertim circa mariti-
mam oram, ad nostros audiendos, ad Sacra-
menta percipienda, cum vel in privata
aliqua domo, vel deserto in templo ac mi-
nistris, vel etiam sub Dio, concionem ha-
berent et sacra facerent, rudes homines
concurrent, magnaue constantia protesta-
rentur, multam quamlibet ante a Dynastis,
etiam verbera se perperuros, quam ut a
Catholica religione abducantur. Fructus,
et si genere a missionibus aliis non differt,
quoniam tamen e gente a nostro cultu
remota perceptus est, non fit ~~minus~~ ^{molessum}
summatim saltem indicare.

Confessionum excepta multa millia, quarum
vitae totius trecentae prope septuaginta
fuerunt. Haeretici multi ad fidem revocati.
Nobilis unus ita convictus, ut errorem
pateretur, reconciliatione tamen cum Eccl:
sia in praesens superedit. Sacro baptismo
abluti trecenti viginti tres, et in iis adulti
nonnulli. Ecclesiastico matrimonio con-
juncta parva quatuor et sexaginta. In
Pogotanam arcem Lutheranis mortuo
effectum est, ne novus minister admitteretur;

et haereticorum conventicula tollerentur. Ad vicinas item arces solito cum fructu recursum est.

pg. 75-77.

Collegium Dorpatense.

Dorpatense Collegium schola humanitatis nostrorum exercitatione auctum est hoc anno: adolentes octo ei studio adiecti. Quantopere vero haec Livonica vicina, penuria maxime idoneorum sacerdotum inculsa, et multis haeresum sentibus silvoscens, strenuorum colonorum tum eorum, qui domi resident, tum eorum, qui varias in oras peregrinantur, industria sensim purgatur, superioris anni litteris est cognitum.

Quae hujus propria sunt anni, illa sunt. A variis haeresibus septendecim, a schismate tredecim ad veram Ecclesiam sunt revocati. Haeretici reliqui non ita se praebent ad nostra dogmata percipienda contumaces, sed est illis grave ab infatigam et corroborata patriae consuetudine recedere. Ad duobus maxime signis declarant, quod licet vereantur a suis distingere, non tamen mordicas suas retinent

opinionem, qui etiam vacillant et perniciosa persuasione negant liquere ex tam multis, quamnam sit omnium religio verissima. Et quod ad avertenda noxia libenter adhibent catholicorum symbola. Ut nuper mulier haeretica horrida spectra, quibus post mariti obitum terrebatur, herbis sanctificatis ab Ecclesia catholica petitis, abegit.

Tuer subita quadam agitatione corruptus, ita ut morti proximus haberetur, aqua Ecclesiastica et precibus adhibitis, pristinae est incolumitati restitutus. Inter catholicos praeterea Ecclesiastico matrimonio conjuncta paria unum et triginta supra centum. Baptizati domi peregreque ad septingentos. Opportuno etiam adjecti multi sacramento poenitentiae, qui, quamvis haeretici non essent, utrum tamen essent catholici, suoque deque, ita salutaria monita de confessione obeunda, de corrigenda vita aspernabantur. Illi suo malo edocti resipuerunt in tempore. Mortis graves et imminens interitus eos, quod procrastinabantur, repraesentare coegit. Rutenus adolescens licet catholicis jam adscriptus esset, cum ad salutaria remedia urgeretur, cunctabatur nihilominus. Fecit morbi oppos:

tunum inuicem odium, ut non sine salutari
 medicina de vita decederet. Multi hac
 ipsa ratione castigati, cum antea contu:
 maciores se praeberent, in vulgato, qui
 multos extimuit, morbo, ante obitum
 sapere didicerunt. In eis quidam, morbi
 gravitate et delirio et formidolosis rerum
 formis observantibus conflictatus, prope
 venerat ad extrema. Is adversus morbi
 vim ~~con~~ conitens, nostrum advocari pe:
~~bet~~ bet sacerdotem. Tantumque menti
 tranquillitatis fuit, dum sacra confesio:
 ne expiatus, Eucharistiam perciperet.

Res mira: sacris mysteriis munitus,
 et mentis et corporis morbo levatus est.

Anni 1598, Lugduni 1607.

pg. 403.

Decem erant domi cilia hujus ~~pro~~ pro:
 vineiae, praeter missionem aulicam Serenis:
 simo Regi concessam. Anno vero hoc postre:
 mo accessit Decimum septimum Warfawiae.
 ... Inveni sunt in universa Provincia hoc
 anno octo supra quadringentos. ... In
 Nigensi, cui domus etiam probationis annexa
 est, 29, ... in Derpatensi 23.

1) scil. Provincia
 Poloniae

pg. 413-416.

Collegium Derpatense.

Novem omnino inter Socios Sacerdotes toto
 hoc anno numerati sunt; duo ex illis duas
 superiores classes humaniorum litterarum
 procurabant, alii praeterea Magistri duo
 inferioribus, totidem Scholastici praecraut.
 Reliqui vel scholastici fuerunt, qui huma:
 nioribus litteris dabant operam, vel Coadju:
 tores, qui in re domestica procuranda Colle:
 gium adjuvabant. Domi in consueto disci:
 plinae studio permovendo et conservando
 nil praetermissum. Scholasticorum, qui ex
 familiis variis haereticorum ad nos con:
 fluebant, facta hoc anno non contemnenda
 accessio. Exercitia scholae et pietatis vigent
 inter eosdem, praesertim vero Parthenicos
 qui in hebdomada sancta, postquam duo:
 decim pauperum studiorum pedes la:
 visent, feria quinta, die sequenti acriter
 flagris in se saevientes, egregium specimen
 virtutis Christianae dederunt et externos
 non tantum in admirationem sui, sed et
 ad emulationem pertraxerunt.

Ex missionibus cum alias Collegio usita:
 tatis, tum vero hoc anno crebrius insti:
 tutis per Livoniam egregius fructus illeceus.
 Septies excursus est prolixiore digressu

ad loca varia, ut omittam minutiones evocations quosdam Nostros. Sacrosancto Eucharistiae sacramento refecti Domi quidem 4164, foris vero 920. Qui totius vitae peccata confessione ^{ex}piarunt 1310. Baptizati ut minimum 200. Ritus omnes in eodem sacramento addidit postea plusquam 120. Ab haeresi absoluti 34, a Rutheno Schismate 18. Spiritualibus illereitis expositi 4. Moschus iunior, qui in fide Catholica jam ab annis 30 suscepta vacillabat, apud unum ex nostris omnem animi vacillationem deposuit. Multi ad intermissum etiam pluribus annis morem confitendi redierunt. Quidam etiam cum non sine scandalo ab Ecclesia Catholica refulisset, ab opere conjugii cum haeretica quam amabat, et per 7 annos inter haeticos haeticus vidisset, ad eorum Deum reversus haeresim omnem, gremio Ecclesiae receptus, exiuravit. Adolescens iunior in Germaniam profectus triennio integro ab haeticis oppugnatus, expugnari non potuit. Et ut primum illi redire ad Nostros licuit, ad officium suum se retulit, interceptamque ab annis tribus confessionem revocavit. Alium quendam

victum in hoc genere a fidei hostibus reclusis poenituit, et jam nihil aliud optat, quam ut eo redire possit, ubi Catholicam fidem animo conceptam libere profiteri ei liceat. Pellices Nostri suavoribus dimiserunt nonnulli, et poenitudine ducti dedecus pristinum legitimum deinceps comitii honestate fecerunt. Multi vel a Confessariis inducti, vel per moti concionibus, vel privatis Nostrorum colloquiis emolliti deposuerunt gravia ac inveterata odia magna significatione mutuae benevolentiae. Aegris et aegri prostratis itemque extremis supplicio plectendis opera Nostrorum cum fructu optato saepius impensa. Multi sacramentorum Confessionis, Eucharistiae et Extremas unctionis beneficio non modo animi, sed corporis etiam sanitatem adepti fuerunt, praeter suam et medicorum expectationem omnem. Unus etiam morbo obrutus cum linguae usum omnem amisisset et nunquam adhuc peccata sua confessione eluisset, precibus astantium, duce et auctore Confessario, de salute ipsius sollicito, amisum sermonem recuperavit et peccata sua omnia rite per confessionem detulit. Et contra alius fructu

non dissimili, ut primum miraculo aui-
mi confessione absterpsit, loquendi facultate
privatus est. Adolevens iunior factus ex
haeretico Catholicus, cum in morbum
incideret, percelerimorte ereptus, suae
perfidiae et inconstantiae poenas dedit,
ad partes quippe haeticorum rursus
redierat, Deo misericordissimo iacturam
hanc omnem non magna interposita
mora duorum adolescentium conversione,
ex haeresi ad fidem Catholicam, et con-
stantia insigni abunde compensante,
magnam Catholicorum solatio." Summis
expertis civium in nos animos hoc au-
no procliviores, Praefector etiam Oeco-
nomiae foventiores, inter quos Toparcha
ipse Derpatensis, quantumvis a Reli-
gione Catholica adhuc alienus, propen-
sae tamen erga nos voluntatis signa non
obscura edidit, cum in aliis multis,
tum in concedendis litteris patentibus
quibus universalis Oeconomicae praefectis
ut nobis salutem animarum per varia
loca Livoniae circumvicina procurant-
ibus, omni studio et auxilio adesse
serio, diserte diligenterque mandavit.
Collegii nostri pars una renovata, Temp-
lum item, altera, quae supererat olim,

1404, Adolevens
bis solatio - iunior
and in Interpunctio.

parte tectum, et intus duplici choro eque-
rie fabricato renovatum. Haec anno
isto ager protulit Estonicus. ?

pg. 416 - 421.

Collegium Rigaense.

Rigae una est Vosthorum sedes, sed ea
bipartita; quippe quae una et collegio
et eos, qui in probatione versantur, con-
tinet. In his Sacerdotes numerati 12,
quorum tres tertium probationis annum
agunt, octo Fratres veterani, reliqui No-
viti. Sumis utrisque pro portione non
defuit fructus, quamquam tironum, et decuit
maxime spectatus domi, Veteranorum foras
emicit. Habiti sunt in templis nostris
sermones ad populum statim anni diebus
tribus linguis: Germanica, Polonica, et
Lithvanica, eo fructu qui colligi potuit in
tanta invidia obreptioneque ordinis nostri
in Civitate haeticae quae Ministeris fea-
tet, Lutheranis in utrumque potissimum
intentis, et nos modis omnibus ad popu-
lum perpetuo traducant.
Utilior autem ferme labor collocatus est
in missionibus variis ad circumvicina Li-
voniae et Samogitia oppida, ad villas
quoque et pagos Collegii, institutis.

Deducti domi et foris a pravis opinionibus, quas partim haeresi, partim in schismate alte imbiberant, quinquaginta. Et quidem duo in praesentia Vindobensis Episcopi et celebri nobilium concursu fidem Catholicam professi, magna omnium gratulatione errores publice iurarunt. Bis mille sexcenti sexaginta circiter fuerunt, qui sacra confessione flagitia sua et peccata ab ineunte aetate peccata ~~et~~ detestati, totiusque superioris vitae errata poenitentia redemerunt. Ex eodem numero plerique fere omnes negotium Eucharistiae sacramentum perciperunt. Unus certe sacerdos noster, egregia itinerum et laborum patientia obiens pagus, magna rerum divinarum ignoratione silvescentes 1026 ad sacram signatim instrudit. Eadem opera nostrorum 54 paria ex decreto Tridentinae synodi rite matrimonio devincta. Pars unum, quod mutuo tantum consensu consueverat, in decrepita senectute Catholicorum caeremoniarum legibus adstrictum. Sublata multorum iurgia, hospitalis similitudines, grandiores aeris constitutiones aliquid praestat. Australibus denique sacri baptismi aquis 184 sunt abluti.

Excurret sacerdos noster incertum cuiusdam Nobilis ad ipsos usque Moscoviae fines, ubi cum nihil praeter Baptismum et nomen Christianorum reperisset, plurimos rudium animos doctrina Christiana imbuere, Catholicos ritus antiquos penitus neglectos renovavit, praebuit eis Ecclesiae sacramenta Poenitentiae, Eucharistiae, Matrimonii; praecelsas et annosas arbores, in quibus ille populus stultus necio quid numinis inesse suspicabatur, excidit, omnibus stultitiam suam accusantibus, quod aliquando ad has arbores sacrificarent mali averruncandi causa et ad eliciendum in ficitate imbrem supplicarent. Fuisse praeterea inibi quidam sortilegi, qui rogatu paganorum, sortibus jactis, fascinarent pecora; his praesens unum, ut ab huiusmodi idolorum cultu reliquiis abstinerent. Quod cum praestitisset, beneficiorum etiam usum in miram rerum sanctarum venerationem communicavit. Non defuerunt rustici et piscatores, qui vetere Lotavorum benedictione religione sententiarum more, sacerdotem adorarent; illi quidem ut herbas, solum, frumenta, aquam, agros prosequeretur prece, hi ut retia benediceret. Quo in-

petrato, morbos illi averti a corporibus, et
 satis grandinem, pestem a peccore, hi vero
 beneficiis dissolvi retia professi sunt. In-
 ducti similiter a Nostis variis in locis, ut
 a superstitione quadam desisterent, epu-
 lum praebeandi animis mortuorum pascen-
 dis, quo pro suis quoque opibus appera-
 to cibo, effundit primo aquam sub
 mensa, tum cochlearia erigit in patinis,
 thus deinde et cereos inter prandendum etiam
 media luce accendit, ad extremum ad tu-
 mulum delatis vocis, mortui nomen per
 sortilegium inclamat easque relinquit
 in vasculis, ut noctu mortuorum animi
 prodeuntes habeant, quo sese alant. Cum
 interim praesto sint canes et quae parata
 sunt devorent, illi vero confecta putent
 ab animis.

Cum esset ad tertium probationis annum
 Rigam misit duo Patres, peragravit
 magnam Samogetiae partem cum illius
 Dioeceseos Episcopo, quo in itinere rudes
 fidei rudimentis imbuti, ad Sacramento-
 rum usum frequentem pene jam abolitum
 restimulati plurimi. Puella una jam
 duodennis inter alios baptizata, quidam
 a contubernio concubinarum extracta, u-
 nis a consilio violandi pudicitiam cujas

Jam Virginis abductus; in quibusdam ebrie-
 tas repressa; multarum Ecclesiarum Teus
 et cura debita revocata; ruinae restaura-
 tae; libri aspersi erroribus perfidiae flam-
 mis reusti. Haeretici quidam in disputa-
 tione ita confusi, ut a suomet asseclis
 ludibrio haberentur, et sui serupulus sit
 injectus. Pecunia non reliqua cum esset
 Nostis oblata a matrona quadam illustri
 loco nata, magna cum aedificatione et
 admiratione paupertatis nostrae fuit re-
 pudiata. Eodem itinere indictae sunt
 quadragesimarum horarum supplicationes
 et litaniarum frequentationes, ad averten-
 dam pestem famemque. Perquisum di-
 stioribus nonnullis, ut gravitate anni
 sterilitateque ~~annona~~ annonal afflictorum
 subditorum non tantum vectigalibus par-
 cerent, sed etiam gravi multorum inopiae
 et quae extremam omnibus calamitatem
 minabatur providerent. Habitu per tam
 occasionem crebriores ad populum conciones
 cui tot malis attonito et pene exhausto
 ostensa sunt, propter quae Deus tales ac
 tantas poenas eligit, peccata. Et haec in
 Samogetia a Nostis.

Rigae Scholastici externi non multi quidem
 in scholis nostris morantur, eo quod tum

32.
rigido Civitatis Decreto, tam pertinaci nobilitium haereticorum conspiratione eorum filii a nostra disciplina arceantur, pauci tamen illi hoc anno partim in solemnibus et anniversaria processione Corporis Christi, partim in Dramate quodam publice exhibitō, ejusmodi modestiae et ingenii specimen dederunt, ut totius Civitatis oculos in se converterent et civium animos sibi et Collegio ~~se~~ devinuerint. Populi quoque sedatus furor in nos videtur. Nec enim foeda amplius in nos cantica componunt, non schedas infames spargunt, abstinent ab injuriis, nullis quibus antea solebant in publicum procedentes convitiis prosequuntur. Rogatus quidem a senatu 100 trabes pro sacello construendo supra centum 50 donavit, et silvae suae caeduae liberalem et proliam nobis ad praedii usus potestatem fecit. Idem, ministro Lutherano perturbato, permisit Catholicis ritu templum in suis bonis expiari. Expostulantibus vero super ejecta tabula quibusdam viris nobilibus Lutheranae labe infectis, quid, inquit, hiscene ergo lucronibus ad popinas et ganeas natis, qui tam inhianter saginandis suis pinguibus aquali oculis intenti sunt, ho-

33.
muneis onibus, et suis et aliorum sceleribus obrutis, animarum curam crederem? abeant ad stabulandos potius boves. Porro quatuor in nostrorum hominum mentionem incidit, magno semper honore verborum utitur. Quem magna spe teneremur Catholicum fore, si perpetuis suorum conviciis et vexationibus in tam corrupta civitate fidem et salutem suam redimere vellet. Alter quidam obtulit Nostris chirographum, quo ei vir Illustri fidem persolvendum 140 talerorum obligaverat et hanc pecuniam haereticus homo Nostris edigendam contulit, ~~ad~~ eandemque ad Organici systematis in templo nostro structuram destinavit. Episcopo quoque utinam sane propitio. Hic ante festa Paschatis exercitiis spiritualibus Domi nostrae una cum quodam Cathedrae suae Praelato, vacare voluit. Postea vero demisit se ad squallidos illuvie pauperum abluendos pedes, ipso die coenae dominicae solemnibus ritu, magno haereticae Civitatis exemplo, quo gemitus quibusdam, nonnullis etiam lacrimas excussit. Idem Antistes aliquoties in templo nostro, ritu Episcopis usitato, sacris operatus est, aliquoties etiam in magno populi concursu proliam

ad vincendam haeresim sermonem habuit et aequis animis et auribus auditus religionis melius examinanda desiderium nonnullis iniecit.

E Novitiorum grege (ut de his etiam aliquid dicam) exacto probationis biennio, ad varia hujus Provinciae Collegia, sex hoc anno missi. Caeterorum qui exercebantur magna spes et peculiare relictum studium, ut tales sint, quales nostri instituti ratio postulat. Peregrinationes ad loca varia q suscepimus, variis contumeliis et injuriis affecti. Uni ex his colaphum Pater familias haereticus, apud quem ex itinere diverterat, impexit, quem cum magna animi tranquillitate et tolerantia pertulisset, ita confudit et compercutit quorundam haereticorum praesentium insolentiam, ut indigne ferrent injuriam illatam. Quin et ipse paterfamilias periculosus a furore illico conquiescit et cavet deinceps, ut ne verbum quidem paulo acerbius ad aures nostrorum transmitteret. Unus vero Livonium hoc anno diem suum extremum obiit, spectata juvenis patientia et magna reprimendorum affectuum cura. Labore nullo aut corpus ejus fatigari, aut ani-

1) In Interpretatione In Orisium et Intribulationem.

mus vinei nunquam potuit. Pater in haeresi nutritus, post Philosophiae curriculum Vilnae absolutum et Magisterii gradum obtentum, Societatis compos magno suo gaudio factus, huc ad prima Societatis tirocinia venerat.

Anni 1599, Lugduni 1602.

466 unis
Pg. 462.

In novem Societatis domiciliis pro parte Lituaniae (facta totius Provinciae Polonicae subdivisione) sejunctis, quindecim supra ducentos Socii fuerunt recensiti: --- Riga veterani novendecim, Novitii novem et viginti, Sacerdotes et veterani 95 (sic), Praeceptorum tres, septem Coadjutores. In Probatione versantur Sacerdos unus, Scholastici duo et viginti, Coadjutores sex. Despatum tres et viginti numeravit, decem Sacerdotes, quorum unus Rhetoricam pro domesticis nostris Scholasticis, numero quinque profitetur, Praeceptores duo, septem qui circa domestica occupantur.

Pg. 481 - 490.

Collegium Rigaense et Domus Probationis ibidem. Domicilium tenuiorum adolescentium seminarii instar Livonici futurum hoc

all'p. 481/2
Livoniae Seminarium

anno institutum est. Tringenti jam ferme
 in eo vivunt. In sustentandos illos qua:
 Dringenti pene floreni per eleemosynam
 a Diversis distributi. Ac post Reveren:
 Dispinum Wendensem in tam pio, Deo:
 que nato opere Illust. D. (ominus) Can:
 cellarius excelluit, inter primos merito
 censendus est, centum quotannis flore:
 nos, quoad ipsi vitam Deus proroga:
 rit, a se illum in usum numerandos
 spondit. Sodalitium praeterea B(ea:
 tae) Dei Matris ipso ejus in caelos
 Assumptae die accepit optatum pari fel:
 citate laudium. Cui nomina sua iidem
 Regii Comisarii ante alios omnes dede:
 re. In ornamenta facelli futuri iidem
 perliberales restiterunt. Nec contentus Il:
 lustrissimus Cancellarius primo illo in
 aditu rem necessariis promovere subsidiis
 certam praeterea pecuniam summam, quo:
 ad ipse vivet, in eodem annuatim s:
 cavit usus. Protectoris onus Reverendiss:
 mus Wendensis non detrectavit, Iatō
 antiquo aureo numismate, valore decem
 Ducatorum, in quo perelegans-Deiparae
 expressa imago visebatur. Perdifficilis porro
 hujus ipsius Civitatis ratio, vel ex eo fa:
 cile intelligitur, quod tota Lutherana huc
 infecta, atque haecenus a ministris De:

1) scil. Episcopus

mentata, et semper nobis maxime adversa
 fuit. Quamvis hoc tempore paulatim hinc
 inde, exemplis variis, et occasionibus mi:
 tescere videatur. Nihil non tentatur
 a Nostri, at non magno semper profectu.
 Novam tamen quandam spem ex iis
 quae sequuntur offert nobis Clementissi:
 mi Dei Bonitas.

Repertus ⁱⁿ primis unus est e civibus, Vostri
 ut jam praefert studiosior, quam hae:
 tenis forte in hac Civitate quisquam
 potuerit inveniri. Ac novus ille quidem
 est, ante annum quippe e Germania
 huc a Senatu accersitus, auctoritatem
 nihilominus ille conciliat apud omnes
 tum eruditionis fama, ipsiusque Juris
 utriusque Doctoratus praerogativa, et
 vero etiam professor olim fuit Witember:
 gens, cum Sindici munus in civitatibus
 Germanicis haud quoties die sustinuit
 quem ille Magistratum brevi hic est asse:
 cuturus. Affirmavit se optare nobiscum
 esse quotidie. At cum id ob Senatus et
 civium metum publice disjunctum ^{let}, sub
 nocte nos aliquoties adit, ad coenam in
 refectorio ~~adhibitis~~ ^{arbitris} ordinem
 ac modestiam fratrum admirans, haec
 agebat: Est vero vita Philosophica: li:
 bros Catholicos avide jam, ac diligenter

NS

pervolutat, capitur maxime controversi-
is Bellarmini, nec minus selectant
illum annales Baronii. Perjuvandum
sibi cum Patribus ait esse conversionem,
atque ad multa discenda perutilem, nilque
se tale ex suorum convictu usque mi-
nistrorum familiari percipere. Sperat
ubi in eam incubuerit partem, quod
benigniore simus usuri Civitate, et pri-
mariis quibusque, ac senatu ipso. Efficiam
enim, inquit, ut Numine propitio vos
vestramque cognoscant doctrinam. Agit
interea benignissimus Deus in non pau-
corum animis partes suas, offertque sa-
lutis viam admodum expeditam. Quae in
genere fuit haeretica quaedam mulier
morbo gravi implicata, quae ut vocit
se fore Catholicam, cum valetudine re-
cepit simul fidei lumen. Adolescens prae-
terea quidam annos, ut putatur, na-
tus septendecim una cum lingua Polo-
nica, cujus perdiscendae causa missus a
suis illuc fuerat, Catholicam tenaciter
imbitit Religionem, indignumque arbitra-
tus eam dissimulatione tegere, in lucem
protulit apud suos. Deflagrarunt odio
parentes et propinqui, ac defatigari in
admoventis quibusvis ad expugnandum
adolescentis animum machinis, una
cum fraudum architectis buccinatoribus,

ti?

cum tandem sibi ipsi relinquendum dece-
verunt, expertique propugnatoris insupera-
biles cum constantia vires, ne velitando
quidem iam laceosere audent: quin con-
versis in amorem odii magnitudinem
admirationur animi, ac praedicant. Alius
quoque isto juvenis maturior, primaria
et ipse quoque hujus ex civitatis fami-
lia, haereticus esse desit, estque hinc, ut
confiteretur securius, Despatum Directus.

Quae de crebris, et plurimi fructus ad
Lotavorum pagos missionibus jam adnota-
ta essent, quia longiorem postulant narra-
tionem, peculiari descriptione erunt ex-
ponenda. Libet nunc alias Nostorum in
vana loca non infructuosas persequi excur-
siones. Perampla sane in iis fuisse collectam
messem, argumentum sunt confessiones quas
generales vocant, maxime circa sacratissimum
Paschae tempus septingentorum septuaginta
sex: consuetarum enim iniri certus non
~~potest~~ ^{potuit} numerus. Haeretici et schismatici
ad tres et quadraginta respicere. Admissi
ad sacrum baptismum Turca et Indaeus
post sufficientem in rebus fidei institutio-
nem et constantiam ritibusque diuturnis
experimentis probatam. Jam enim alibi a
Nostris exereeri coepti certis ex causis, cum
in Comitatu illustri et Magnifico Domini

Cancellarii versarentur, hic demum in Li-
 vonia voti facti sunt compositi. Baptiza-
 ti sunt et alii complures et matrimoniis
 juncti variis in locis, in quibus nulli pe-
 nitus reperiantur Sacerdotes. Porro Ven-
 densis Nostrorum comoratio, et diuturnior
 et primaria hoc anno fuit. Is enim lo-
 cus ad constituendam in certo statu Li-
 voniae Provinciam a Regis ante nomina-
 tis Commissariis selectus, tres et amplius
 menses confluentis frequentia Nobili-
 tatis, ipsoque Commissariorum copioso co-
 mitatu fuit perelebris. Novum hic
 quiddam, atque antea nunquam haud
 dubie visum permulti e Catholica no-
 bilitate sacrosancto Parasceves die edi-
 derunt, cum flagris in se ipsos publice
 in sacra aede deprecasset, lineis in eum
 usum sacris liberalitate aliquorum coemp-
 tis, qui ~~deinde~~ ^{deinde} Collegio cesperunt. Duces
 atque antesignani fuere jam dicti Sena-
 tores, valuitque haec res ad exemplum
 permultum. Verum a Vendsisibus Mi-
 taviam (quae Metropolis Curlandiae)
 vocant nos aliqua omnino non prae-
 eunda. Nostri, ut illuc penetrarent
 (inaccessam enim ad illum pene diem
 habebant Curlandiam totam peste Lu-
 theraea penitus corruptam) viam Illu-
 strissima Ducis Curlandiae filia, olim

| scilicet fecit, pa-
 ravit.

Alberti Radivilli, principis Lituaniae Mar-
 salei relicta vidua, et ipsa ad Catholicorum
 Nostrorum opera ante plures annos ad-
 juncta, nata alioquin, et educata in hae-
 resi. Vidua igitur apud viduam parentem
 in Curlandia agens, Catholicae primum
 Religionis exercitio Sacellano secum ad-
 ducto, pro se quoque gynaeceae, ac ~~et~~ ali-
 liqua familiarum turba, ut permittetur,
 obtinuit. Nostros deinde eadem evoca-
 vit non raro, ut hac opportunitate usi
 cum fratribus ejus Ducibus, quos habet
 duos, agere de religione possent. Neque
 omnino irriti, tali via suscepti cona-
 tus, mansere. Minor enim natus frater
 praecelaris juvenis dotibus, multa Nostri-
 amoris ac benevolentiae signa exhibuit.
 Catholicum quemdam librum gratis
 ac lubenti accepit animo, oblatum a
 Sacerdote nostro. Nostrorum denique
 ad usum precis jam efflagitat, aliis
 praeterea nonnullis indicis sperare
 nos facit futurum aliquando, ut sit
 Catholicus.

in bo. Junij

Pro feriis publice Sanctissimae Eucharistiae
 venerationi institutis, placuit juniori Du-
 cisque Rigam visere, ut solemnem, tum
 circa templum nostrum ex more Catholicorum

✓

haberi consuetam processionem, sua ipsa quoque adornaret praesentia. Movit rei novitas universal ad spectandum effusa civitati admirationem. Ministri tantum facinorosi indignitas et certum plebeum, lal ab ipsis demeratae (ut ipsi quidem interpretabantur) offendiculum, atram conceivit bilem. Discabant enim a suis bis in die, ab illa debita christo venerationem in divino illo epulo praesentiferventi prece, humilique habere inclinatione. Matrem igitur furibundi intempellant, revocarent quamprimum filiam, permoveri ejus exemplo populum, ac ipsa dignitate personae valere illum tali exemplo ad suadendum non mediocriter. Fecit pater quod volebant: quia isdem haud dubie et alios auctoribus periculum in evertenda filiae constantia facere non adhibuit. Mobilis igitur ac vulgatae apud suos gloriae Anabaptistum lingua paucissimum a soliditate doctrinae alienissimum, sua se suorum statuit committere cum quopiam e nostris Riga evocato. Pater noster evocanti. Venit Mitaviam pridie ante conditum certaminis diem ternoque cum Anabaptisto conflictu victor evadit. Nihil non pollicebatur

periculum facere
reiciui rei: alius
negligentiam
1) ego 2) King
in 1 hora

sibi de se Trafonicus ille Lutheri miles, aliquot sui similibus stipatus Praedicatoribus, universaque circumfusis multitudinem in perampla si congregationi destinata coenatione. Manu primum Graeca, Latina, Germanicaque biblia pulsitans hanc, agebat, iudices litteram inter nos diriment. Atque ea cum primis re suam per se deterrimam magis ipse vertit causam, cum ipsius diffusus acuitatis, convitiis primam instruit aciem. Ego, inquit, palam omnibus iam facturus desuatas haeresiarum esse, falsos prophetas, Verbi Dei corruptores, seductores populi, doctrina et vitae ratione corruptissimos esse. Huic syllogismo non aliud primo responsum est, quam quod in simili causa, mitis et humilis Jesus, Iudaicus respondit: Ego daemoneum non habeo, sed honorifico Patrem. Verum ut auditoribus satisfaceret, quod ad Haeresiarum archas attinebat, ubi id a se suisque sufficienter Pater removit: Duodecim denique Lutheranicis recensitis articulis clare docuit Lutherum ejusque sectatores nulla cujusquam illorum injuria, nulloque convitio et contumelia aptissime Novatores et haeresion dicit fabricatores. Difficile

erat non agnoscere Lutherica, multo dif-
 ficilius ea, vel a novitate, vel a corrup-
 tela vindicare. Excussis primo in conflic-
 tu armis, Achimimotis sex horarum spa-
 tio, saepius ut canes asolent cum mor-
 su nocere nequeunt, in latratus impor-
 tunos effusus, obstupefacto similis, jam
 haec, jam illa e trivis conquisita in
 Jesuitas effundebat: neque vero septem
 sequentis diei horis, et continuis octo
 tertii, aliud operae pretium fuit. Ad
 extremum cum nil ex Arnoldi Philo-
 pica in nostrum institutum furibun-
 dus non coniecisset, finem denique in-
 poni concertationi emille a Ducissa senio-
 re flagitavit. Enim vero male habe-
 bat Veteratorem callidissimum, rem adeo
 bene, atque evidenter in propugnando Ca-
 tholico dogmate a nostro, ad auditorium
 captum saepius in luce constitutam.
 Metuebat omnino ne quae animorum
 consequeretur mutatio. Quod et Du-
 cissa haeretica cum non minus timen-
 dum jam adverteret, haud gravate annu-
 pugnam detrectanti, jamque tot lapsi-
 bus ad erigendum difficillimis, planeque
 desperatis, publice dejecto, ac prostrato.
 Non praetermissit filia Catholica apud
 matrem obstinatam in eam curam in-

Ego me bene
 habeo - et pop-
 mit vni Gae

Dat mal unquam
 in si nham val

sistere, fineret vel unicam congressionem
 adhuc suscipi circa translationem biblio-
 rum, qua de re peculiariter se utrumque
 auditorum promiserat: et promissum
~~hoc~~ vel mille talerorum jaectura se redemp-
 turam potius respondit illa, quam parsu-
 ram, ut fides sua, quam non nisi debi-
 litatam agebat, per disputatores in apertius
 Discrimen adduceretur. Sensit hoc idem
 absens licet, Rigenis Praefectus, testatusque
 est se nihil non motuorum fuisse ad eam
 impediendam disputationem; quod mi-
 nistrum quidem virum doctum, at non
 tamen egregium novisset disputatorem.
 Utinam, agebat, alterutrius ex aruissent
 pedes, quum descensum esset in arenam.
 Stomachati sunt e Mitaviensibus civibus
 permulti, Ministrum nil egisse publice
 fatebantur, non defuturos vel de plebe
 qui respondissent acutius. Ducissa tam
 secundo laeta successu constanter, pa-
 lamque affirmavit se haeretica si in
 eum diem mansisset, Catholicam post
 ejusmodi concertationem auditam certo
 fuisse futuram. Omnem itaque spem
 parenti praecidit, alio a semel agni-
 ta veritate devianadi. Pater ubi Rigam
 rediit summa totius gestae rei capita, et

Ann in me
 mistol magis

argumenta in adversarium contorta scrip-
to accuratiora comprehensa ita plerisque
communicavit, ut intra paucos dies jam
ab his, jam ab illis e civibus et Nobili-
tate avide exscriberentur: sicque im-
pudentiora temerarius ora obstruerent,
et leves vulgi finistros sparfos rumores
dispellerent in auras.

Itum Deinceps est ad arcem Livoniae
Nitaviam dictam, ejus Praefecto quam-
vis Lutherano, jussu, et hortatu viri
Catholici Sacerdotem quempiam e Nos-
tris prosciente ad filiam impuri protestan-
te spiritus emancipandam. Conatus is
fuerat autem per Lutheranicos impostores
efficere: at cum frustra ii, suamque
in confusionem Catholicas adjurationes
demurmurassent, acriorem insuper nefando
Daemone rabiem conceverunt: qui dig-
nam plane omni miseratione virginem
non solum agitatione corporis in saltibus
risibus, horrendis edendis vocibus prope
enecabat, at cibi etiam, potionisque om-
ni proflus usu, nonnunquam decem, aliquan-
do totos quatuordecim dies ei violenter adempto
maceratam; aliis praeterea modis ad conciescen-
dam sibi mortem impellebat. Porro sensit
illico inita de Nostri accersendis consilia,
tametsi ne verbum quidem ullum ea de re

a quoquam virgo audisset: imo illi ipso
tempore, quo Rigae in Collegio R. P. Vice-
provincialis tum forte praefens in Delibera-
tione versabatur cum Patribus, quinam et
quot essent mittendi, cumque destinati ad eam
rem fuissent Patres duo et unus e fratribus,
ipse perinde ac praefens cerneret omnia, effe-
rebat propalam Patres conferendis occupa-
tos sententias tres mittendos decrevisse. Venit
aut, inter hos ipse Rector; addebat, se illos
molle abraso essent vertice, et respecto mysta-
ce: Lutheranos potius quos et per nomina
singulos recensuit, Praedicantes fuisse acer-
sendos contendebat. Cumque duobus ab arce
miliaribus noctis ingruentis tenebrae
Nostros retinuisset, ne hoc quidem nequam
illum fugiebat, quin eius quam prope
essent expresso loci nomine divulgabat.
Tandem secunda hora, a nocte media, cum
ad obsessam pervenisset, omnes adhuc circa
eam vigilantes repererunt. Triduanis statim
praemisso jejuniis negotium Deo prosperante
ex voto demum perfecerunt. Elatis ad quem-
vis horrore conuentionum clamoribus in cor-
pore quatuordecim dierum exhausto inedia
(in quo nihilominus vi magna continendo
tres lassescerant viri) defaeviebat latrator
ferocissimus, iis potissimum temporibus,

will, illo?

~~imp~~
dueror

§ = x

100500, 2000
= 5. 7. 100000

48.
quibus triduo dicto Divinum peragebatur
mysterium; at multo magis cum sacris
perurgeretur comprecationibus, quae horam
circiter unam durarunt. Edicere nomen
suum, Melana, inquit, vultu ad arro-
gantiam efformato, sum: tum latine
subiunxit, Vana gloria. Non minus reli-
gione, quam horrore spectatores completi.
Lutherani omnes (unico virginis dempto
patris qui Catholicus est) non solum re-
verenter, quos vocant exorcismos, audire,
sed etiam quas cachinnis prae more suo
ubique assolent excipere caerimonias ipsarum
tum religiosius observarunt, tum daemone
obscenam importunius versante adjuve-
runt, ut in Stola ad energumena collum
applicanda, ita in signo crucis ad pectus
eiusdem efformanda, aqua lustrali sub-
ministranda, neque nunquam genibus nihil
+ um conspicerunt Sacerdotem, quin idem
sibi faciendum putarent, languido deinde
ac fluenti capite, ac toto pene corpore sub
adjurationum exitum in tenentium bra-
chia demisso tremendum, ac salutare Jesu
nomen ultro ingeminans. O quanto, in-
quit, nunc levata sum pondere; et ad
Sacerdotem conversa, Tibi, inquit, quod
huc non gravate iter susceperis ego gra-

49.
tias. Admonita ut signum Crucis vivificae
corpori imprimeret, annuit perlibenter,
sique eosam olim quamvis corporis re-
fectionem, sensim admittere, et viribus, atque
ineolimitati coepta et restitui. Placatus
nobis est hoc anno acerbus ex antiquo Nostromum
hostis Duabus proximis praefectus arcibus.
Atque Calvinus licet illi nunquam perplaceat
Nostros tamen majori quam antea signi-
ficatione amoris excipit, filiosque aliunde
retractos nobis comisit informandos.

pg. 490. & 491.

Collegium Derspatense.

Meditationes Societatis curandis animorum
affectionibus admodum salutaris poposcere
a Nostriis unius Paroeciae cuidam praefec-
tus: alter eidem muneri dedit se volens
sacris initiandus: adhuc Illustr. cujusdam
viri medicus. Universalis vitae, aut permulto:
rum certe annorum notas quadringenti
ut minimum debita exomologesi diluerunt.
Qui Lutherum secuti exciderant a fide in
castra Ecclesiae retulere sese octo et viginti.
Schisma unione cum Ecclesia Moschi decem
circiter commutaverunt. In matrimoniis aut
vagi, aut Dubii, certis constricti legibus
totidem paria compleverunt. Divinis in

sacra Collegii aede refecti epulis ad qua-
 tuor millia ducenti sexaginta septem.
 Foris ad eandem exhibitae caelestem mensam
 nonaginti octoginta sex. Trecenti spiritu-
 ali renati lavaero. Octo et viginti, et quae
 ad solemnem ejusdem mysterii ritum spec-
 tant apud Nostros obtinuerunt. Civium
 erga nos studia plura, et ^(a)patientiora ex-
 stiterunt, quam vel potiussemis ab ipsis Lu-
 theri spiritibus antiquitus imbutis spera-
 re, Pseudomysteris praesertim nunquam
 non sufflantibus ad odium, invidiamque no-
 bis conflandam. Quamobrem mutationem
 Collegii Praesidium anno ineunte Senatus
 ut accepit futuram, honoratior ad Colle-
 gium legavit et suis, qui abeuntibus Ma-
 gistratu Rectori valefacerent, iuxta et
 ineunti gratularentur. Collegium instaurati-
 onis ruinosis aedificiis hoc demum anno
 absolutiorem, et ad elegantiam aspectabi-
 liorem sortitum est formam. Templum
 Deiparae Virginis quod Nostros hic est
 per amplum attributum, sonantior, ma-
 jorque accessit campana, contributa ferme
 a piis viris per liberaliter pecunia septingenti-
 torum, et amplius florenorum. Perfectum
 etiam est Nostrorum diligenti opera, ut
 Ecclesia ⁱⁿ D. (omni) Laurentii titulo, olim
 fere semirutata, ad praedium Seminario

adscripta, pristinam cum elegantia firmi-
 tatem habeat jam redditam. Pergvatum est
 id omnibus illae ultro, citroque; iteragen-
 tibus. Est enim ad publicam et frequentem
 viam, ac inter caeteros haereticorum etiam
 auditae sunt approbationes; postliminio
 tandem ejusmodi erigendis parietibus au-
 tiquam illam sensim restitui speciebus Li-
 voniae et probatissimam pietatem. Ad
 publicam solemnemque Divinisimae Eu-
 charistiae pompam, per forum plateaque
 urbis fieri ex sacra Collegii aede solitam
 amplissimus ac dignissimus Antistes per-
 multum hoc anno contulit. Permoti
 namque ipsius auctoritate cives, quamquam
 haeretici deesse ipsi quoque; in angustiore
 promovendo apparatu noluerunt. Propylaea
 primum, foreoque; ipsas, et compita fron-
 dium virore (quod ne Archiminister quidem
 praetermisit) passim convestire, longos
 praesidiariorum militum sclopetis instructos
 ordines festivissime ducere, grandiorumque
 displexione machinarum procurare sunt
~~ipsi~~ visi. Talis autem ac tantus fuit re-
 liquus apparatus, eaque populi undique
 se effundentis multitudo, ut a Catholica
 reducta religione nihil simile Derpatum
 conspexerit.

Anni 1600, Antverpiae 1618.

pg. 535

Provincia Polonica,
 Constat provincia locis septemdecim, praeter au-
 licam Missionem et Provinciam cum locis
 qui nullo certo loco continentur. Habetque ex
 nostris homines 466.

pg. 563-566.

Collegium Rigense.

Et mediis bellorum tumultibus et armis a
 Suecis et inopinato toti Livoniae illatis,
 abreptas ad P. V. annuas mittimus litteras
 tanto breviores, quanto magis circa res Colle-
 gii componendas et arctendas, et circa novi-
 tios ad tutius Collegium expediendos labora-
 tum est. Fuimus autem Dispersionem Rigae
 supra quadraginta; remansimus, gravante
 bellorum incendio viginti unus, ex quibus
 sacerdotes novem, magistri tres, Conducitores ve-
 terani quatuor, novitii quinque. ~~Præter~~

Fructus hoc anno ex Livoniarum solo omnis ge-
 neris haereseos refertissimo in horreum Domini
 congregatus ubertate superiores longe excellere
 videtur. Et primum quidem Missiones duae
 per Livoniam hoc anno toto factae; altera

in Dioecesim Episcopi Vindensis, magno omnium
 terras illas inoleventium solatio, et Reverendissi-
 mi gaudio, altera in districtum Lempselensem
 usque ad ipsum mare, quae Lotavis et Libis (sic)
 maximo fuit emolumento. Posita contuma-
 cia gravissimo Ecclesiae iugo cervicibus subje-
 cere multi. Plurimi et quidem illustri loco
 nati in templo nostro expurgatis animarum
 sordibus, caelesti epulo refecti; ut interim
 eos, qui vel totius vitae notas eluerunt
 vel confessiones male haecenus institutas
 Christiana catechesi formati coeuserunt;
 ad frequentiore sacrae Synaxis usum ani-
 mator, et a flagitiosae vitae coeno ad honesta-
 tem reductos, sacroque baptismo ablutos,
 tam infantes quam adultos taceam. Matri-
 monia clandestino consensu inita ad praescrip-
 tum Concilii Tridentini correctata. Non pauci
 pueri adulti et puellae ab infestationibus et
 nocturnis terroribus precibus Ecclesiae, et sacra
 agni Dei imagine a collo suspensa liberati;
 infirmi ex pane et potu benedictis modicum
 libantes, pristinam recuperarunt salutem.
 Arbores frondosae, quibus obiecta omnino et
 superstitiose, necio quid numinis inesse suspi-
 cabantur apicolae, in eorum praesentia ex-
 cisae penitus et deturbatae sunt, omnium
 spectantium stupore, qui mortem repentinam
 ex eo facto nostris ominabantur. Praeter su-
 periorum annorum consuetudinem, cum Dies

sequentes octo, tum maxime primus, quem
 Eucharistiae augustissimo ritu colimus anni-
 versarium, illustri supplicatione et pompa
 factus est; symphonia celebris adhibita
 carmina celebritati accommodata a pueris ele-
 ganti vestium ornata recitata. Hanc pom-
 pam Illustrissima Churlaudiae Ducissa pu-
 nior cum suo gynaeceo cōhonestavit, cuius
 partim liberalitas in comparandis facibus
 inauratis, quae assersae ante thensam, ve-
 nerabileque Sacramentum praeferebantur, cum
 aliis ad eundem modum et usum paratis
 cereis, qui durante festi octava, sub summo
 sacro accendebantur; partim singularis pie-
 tas, animique submissio in sacra synaxi
 cum gynaeceo ad eundem illuxit, quae res
 aliis admirationi, aliis fuit invitamento.
 Nec his contenta ipsius liberalitas fi-
 nibus, aliquot diebus in suo disceptu misit
 ecclesiae nostrae vestes sacras et altaris
 ornamenta daleris (sic) 1050 aestimata.
 Exciderat etiam tum hujus Illustrissimae
 adventus et templum, tum dici celebritas
 non paucos nobiles, multos quoque haeret-
 eos a domesticis parietibus, et locis civitatis
 vicinis, spectandi scilicet hanc publicam
 supplicationem, haecenus non visam; qui
 praesentes defixi admiratione ea modesti-
 spectantes interfuerunt, ut majorem a Ca-
 tholicis non requisisses. Nec vero pauci ca-

Tatzenh. 2.

ruerunt nostrorum opera et fructu. In iis
 supplicationes publicae una cum quadraginta
 horarum preceationibus, omnium applausu,
 et bono multorum exemplo institutae. Agri-
 colae, quorum ingenus ad eas confluerat mil-
 titudo, ea occasione post patefacta conscientiae
 vulnera, ritui Catholico Eucharistiam sum-
 serunt. Vitaviam (av. ea est Livoniae) ad
 loci Praefectum Catholicum, qui templum
 Catholicis restituit, excursum, aegerime
 id tulit Catholici affinis haereticus. Hic
 audito nostros templum ingressos, arma-
 tus furore et selopeto concito gradu subre-
 quitur, ante fores templi, ut e nostris
 primo egressum globo plumbeo trajiciat
 praetolatur. Ne intellecto Catholicus
 templo egrediatur, temeritatem et furorem
 hominum coarquit et mitigat. Quid
 multis? qui animo ad nos occurrerat
 sanguineo, Patri nostri alloquio ita est
 emollitus, ut et infaniae suae veniam,
 quam facile impetravit, peteret, et male-
 volentiam benevolentia compensaret. Senatus
 amicitiae gratia, quod nunquam factum
 praetenus, Collegio 100 florenos donavit, et
 R. P. Provinciali has oras invidenti, grati-
 animi causa, consueta civitati donaria, per
 novum syndicum obtulit. Hic etiam vir

optimus, cui cum Jenatus, tum tota civitas
favet plurimum, sui in nos largissima amo-
ris dedit argumenta. Praeter vas enim vini
quod Collegio donavit, non negligit nostri
instituti tueri famam et defendere honorem.

N^o. 524-578.

Collegium Derpatense.

Collegium hoc nostrum Derpatense aluit
hoc anno, quamquam non continenter, unum
supra triginta, sacerdotes novem, professores
tres, qui humaniora studia recoluerunt
a tirocinio duodecim, rerum domesticarum
Coadjutores septem, sed audito adventu
Caroli Sueci, hostis Catholicorum relictis
tribus sacerdotibus et quatuor adiutoribus,
reliqui ad tutiora loca sunt ablegati.

Verba de rebus divinis pro consuetudine so-
lita, terno semper idiomate facta. Praeter
autem meridiana Evangelii explicationes a
meridie elementa doctrinae Christianae ad
institutionem audientium Estonum expressita.
Exercitationibus sacris exculti praeter do-
mesticos omnes duodecim, ex quibus sacer-
dotes quinque. Unus porro ingenius juve-
nis, Riquensis natione, eisdem praemissis,
cum vita priore, Lutheranae haeresim ab-
juravit, et mox statum Ecclesiasticum,

non minore odio et obprobratione suorum,
in ~~omni~~ studio impedire conantium, quam
gaudio et admiratione nostrorum arripuit.
Caeterum, miseri auxilium, vineti solatium
experti, adeo ut etiam uni aut alteri mili-
tium, centurioni necem intentantium, quod
capitale est, vitam nostri impetrarint. In
mutuam gratiam nostrorum opera redierunt
quatuor supra triginta. Superioris vitae
noxas generali confessione expiarunt circiter
ter mille ducenti quadraginta quinque. Parti-
cularis vero confessiones audita ultra novies
mille quadringentas triginta sex. Sacrosancta
mysteria tam domi quam foris perceperunt
quater mille septingenti quadraginta unis.
Wijbranciorum et delectorum militum Prae-
fectus non modo ipse octodecim annorum
culpas expofuit, sed etiam militibus, ut
idem confessionis sacrae mysterium obirent
suis auctor fuit. Idem fecerunt nonnulli
alii, hoc salutari remedio vel nunquam,
vel multo ante annos usi. Inter quos
miles propter homicidii crimen conscientiae
maculas abstergere veritus est, idque vi-
ginti amplius annos; qui tandem alterius
adductus exemplo, qui casu eandem noxam
inevenerat, libere confessionis Sacramento
animum suum expurgavit. Plurimi perperam

expositas multorum annorum notas rite cre-
dite integravit. Sancto ablutionis Sacramento
initiati ducenti triginta sex. Matrimonio
juneta paria centum quadraginta septem.
Et diversarum falsarum opinionum salo
transulerunt se in Catholicam eymbam
triginta. ~~et~~

Excursum in varias partes a nostris sacer-
dotibus quadragies. Coloniarum praeterea
nostrae praedii Rigenfis (sic) singulorum
lustrata domicilia: et operae fructus con-
stitit. Nam praeter aqua salutaris ab-
lutio, non paucos ad ultiores confessionis
Sacramento perpurgatos pabuloque caelesti
refectos; plures inani quadam supersti-
tione incolis formidabiles, seu perniciosae
et exitiabilis arbores proditae et excisae.
Ejundem vanae religionis tribus in locis op-
pressi et conculcati lapides. Laterum praeterea
veterum congeries quinae, edoreis suis
adhibitis, non minori ~~in~~ incolarum admira-
tione quam utilitate convulsae et disjectae.
Rogatu piorum militum sacerdos unus cum
fratre ad castra decem miliaribus ab urbe
sita, directus est. Ubi partim concionibus
habendis, partim sacris mysteriis administrandis
egregiam Catholicis navavit operam.
Permulti eorum a rapinis religione abster-
riti. Paulo post hi simul armis spiritalibus
alibus instructi, prima velitatione numen

sibi proposuit sentire, fusis fugatioque
nostribus, mille circiter caesis, vix quinque
suorum e numero desideratis. Sub quod
tempus domi quadraginta horarum oratio-
nes institutae, adjugetis a Parthenico
Sodalitae publicis flagellationibus: quod
alias item eundem in finem semel ac iterum
factitatum est. Nostris porro singulis
festis et Dominicis diebus in domestico templo
precatioes eodem continuaverunt. Gymnasia
nostra non minus studiorum fervore quam
studiosorum numero hoc anno magis magisque
efflorescere visa sunt. Drama Eucharisticum
ac autumnale more solito, non sine applausu
spectantium datum. In illo Sanctissima
Eucharistia insigni pompa et comitatu, in hoc
graviores studiosorum publicis vix haecenus
visis praemiis ornabantur. Sed hunc felicem
studiorum progressum inopinatus circa anni
finem Martio impetus, ac hostium circumquaque
impune transfantum metus interturbavit.
Quo factum est ut labentibus passim disci-
pulis, gravissimorum ac nobis quam optime
affectorum virorum consilio ac suasu, pro-
fessores una cum gymnasiorum praefecto,
qui idem nostros in Rhetoricis instituit, in
loca tutiora ad tempus dimissi sint.
Existimatio nostrorum ~~et~~ quanta hic fuerit,

vel hinc cognosci potest, quod multi primarii de Ecclesia Catholica alias male sentientes, non modo usu et consuetudine nostrorum studiose fruuntur; sed etiam vel invitae ac reclamantibus impuris suis Buccinatoribus, suos filios certatim nostrae disciplinae submittere coeperint, nostrumque docendum, prae suorum institutionibus passim laudant. Piorum vero et Catholicorum erga nos affectus est rationum nostrarum studiosissimus. Quidam enim praecipuae auctoritatis templi nostri Mariae ni sacello exornando centum florenos elargitus est; ut textilia aliaque auro ornatae Divi munera piarum matronarum liberalitate saepiuscule oblata praetermitterent. Coemeterii pars novo muro cineta, nova campana grandi piorum aere emptata ad Calendarum Februarii in turrim, ipsis etiam ultro civibus haereticis suam operam commodantibus, et factum probantibus attracta. Horologium in scholarum et Collegii usum et directionem comparatum. Hi sunt, quos hic annis impeditus protulit fructus uberiores insequentis anni, ubi exorta belli tempestas propitio numine conquiescit, R. P. V. adjuti precibus, edituri.

Anni 1602, Antverpiae 1618.

pg. 711. & 712

Numerantur in tota hac Provincia cum iis, qui in captivitate sunt, Socii quadringenti septuaginta unus. Rigae quatuordecim sacerdotes octo: quorum unus ob paucitatem frequentantium discipulorum, omnes inferiores litteras proficitur: scholasticus unus pro Lothavis, coadjutores quinque. In Suecia captivi.

pg. 759-763.

Collegium Rigense.

Annus hic omni sua parte toti Livoniae fuit luctuosus, hoste, bello, fame, lue, peste, et omni prope malorum procella, ad nobilis et populosae provinciae interitum conspirante. Quare et nostrorum qui Rigae degunt solito vehementius exercita est industria: majorem tamen ejus partem tulerunt milites, qui vel in praesidiis urbi vicinis collocati, vel Martem et castra secuti. In utroque animos, qua habendis concionibus, qua Sacramentis administrandis sedulo excubatum. Et apparuit operae fructus non poenitendus. Dicerem hic de adductis quam plurimis ad vitae superioris maculas eluendas, ad sacras epulas frequentandas,

ad iras et odia ponenda, ad male parata red-
denda, ad jurandi, male precandi, spoliandi,
potandi, aliasque licentiae militaris pernicio-
sas consuetudines, melioribus permutandas.
Sed haec usitata, illud singularitate. In cas-
tris (ad quae duo sacerdotes missi) omnium
fere animos ad devotionem ita fuisse incen-
sos, ut praeter frequentem Sacramentorum
usurpationem, qua nihil habebant antiqui-
tatis, Divino Missae sacrificio, precibus ves-
pertinis, litanis et aliis pietatis officis,
statis horis magna voluntatum consensio-
ne quotidie interessent. Quae animorum
mutatio quantum nostris hominibus amo-
rem apud omnes conciliarit, quam com-
mendationem apud belli Ducez meruerit,
vel ex his quae subjicientur planum
~~fieri~~ fiet. In primis enim magna cum
laude et approbatione omnium pene ore
et sermone celebrabatur, singularis haec
exercitus ~~in~~ universi pietas: ita ut dicti-
tarent non modo in exercitu Polonico si-
millem devotionem visam nunquam, sed
majorem etiam existisse in castris, quam
soleret esse in templis. Quamobrem et due-
toris ipsi percipiunt nostros omnibus ex-
peditionibus, quae aliquando futurae
sunt, interesse. Uterque praeterea impera-
tor motu proprio ad Serenissimum Regem

in causa hujus Collegii literas dedit, quibus
contendebant, ut quoniam tot tantaque dam-
na clade bellica praedictis Collegii illata essent,
ejus Majestas aliqua alia perduellium bono-
rum ei adjungere dignaretur; et haud gravate tria
praedia, quorum possessionem jam adiciunt,
impetrarunt. Hoc ipsum etiamnum pro
Collegio Dierpatensi laborant. Adhaec alter
eorum in tantum nostrorum officis captus
est, ut aliquem e Patribus apud se haberit
~~tempus~~ semper, nec mensam solum, sed ipsum
quoque tentorium suum, ei commune esse
voluerit. Alter vero et auctoritate et rerum
gestarum gloria longe clarissimus cum ante
minus in nostri Ordinis homines propensus
esse videretur; haec nostrorum in tuendis
militum animis contentione perspecta, multa
non vulgaris benevolentiae et proclivioris
in nos animi signa declaravit. Extremum
illud esse potest benevolentiae Ducum erga
nos argumentum. Cum intellexissent adhuc
aliquos subditorum nostrorum e communi
Livoniae clade esse reliquos, certis ad eorum
tutelam deputatis custodibus, providerunt
diligenter, ne quid molestiae aut detrimenti
a palantibus per agros militibus pateren-
tur. Haec de missione castrensi.

Caeterum non minus perspecta est Sociorum
industria et caritas, in summa indigenarum
inopia et fame. Nam cum superiore anno

64.
copiis hostilibus longe lateque omnia vastan-
tibus, molliendo agro et fationi dari non po-
tuerit opera; factum est ut rusticani ho-
mines, rerum omnium egeni, nec quo se
suosque tolerarent, invenientes; alii qui-
dem e brutorum primum, post etiam ex
humanis cadaveribus victum sibi parare
et acerbam famem depellere cogentur,
his etiam deficientibus, non pauci (quod
vel auditu horribile est) proprios liberos
vitali amore in coas repetere et crudeli ad
omnem posteritatis memoriam relicto ex-
emplo, maectatos vorare non dubitent:
alii vero, in quibus jus naturae plus va-
luit, macie deformati et egestate prope
enecti, catervatim Rigam confluere, pla-
teas, fora, templa miserando spectaculo
et lamentis implere non cesarunt. Quibus
miserorum vocibus evictus ad misericordiam
Magistratus, mille et quingentos in deno-
dochium coactos publicis sumptibus aluit.
Collegium vero, quidquid tam infestis tem-
poribus, vel ex praediis flammae hostili, et
militum rapacitati subducere potuit, vel
piorum habuit liberalitate, totum id in
subditorum, quos inedia huc adegerat, vel
ad quos securus ab hostibus dabatur acces-
sus, contulit sustentationem. Haque ex-
crecenti in dies et fores Collegii obsidenti

65.
multitudini, vix tres e domesticis Adjutoribus
pingendis panibus et pulmento coquendo suffi-
ciebant. Et quoniam hieme perfrigida inter
septa Collegii cum usoribus et parvulis
recipi non poterant, domus in suburbano
Collegii agro (cum non ita pridem totum
hostilis flamma depopulata esset suburbium)
e seminustulatis trabibus excitata est; gra-
tum afflictissimis hominibus in tanta rerum
omnium angustia, domicilium. Ex illis
autem subditis, qui ad nos ob itinera hostium
excursionibus infesta, confugere non valentes,
extra domos in silvas et latebras se abdi-
derant, ad mille circiter fame et frigore
(maxima scilicet atque asperissima saeviente
hieme) sunt sustineti. Hanc calamitatem
nescio an non etiam longe gravior excepe-
rit. Lues quippe incertum unde concepta,
totam repente pervagata Livoniam, longe
maximam in mortalibus stragem edidit.
Nam ad centum hominum millia et eo
amplius ea absorpta esse feruntur. Rigae
certe ad triginta circiter millia deleta.
Nec id mirum ulli videbitur, si consideret,
oppida, vicos, pagos, domos, agros, vias pu-
blicas passim cadaveribus fuisse constrictas,
vix illo multis in locis superstitibus, qui
supremum miseris hominibus officium

posset perfolvere. In hac communi clade, nulla parte nostrorum desiderata est vel caritas vel patientia. Adjuncti moribundi, mortui quam plurimi, qui per agros et vias inssepulti jacebant, ferarum et canum dentibus, a quibus (atroci iter facientium spectanteulo) dilaniabantur, erepti, et Christiana pietate sepulturae mandati. Et sane eo progressa fuit (ut hoc adjungam) canum rabies, ut vorandis hominum cadaveribus assueti, vivos etiam in publicis viis (nisi plures una essent) caeteratim aggrossi discerperent. Nec hic malorum finis. Ultimam anni periodum clausit pestilentia: quae cum Rigensem civitatem occupasset, nostri quoque ingruente vi contagionis, solum vertere coacti sunt. Itaque nonnullis ad Catholicorum qui in urbe degunt, animos procurandos relictis, caeteri in praedium Collegii concesserunt; et quo pro Societatis nostrae instituto, non infragiferae ad hominum in his partibus reliquias institutae excursions. Ab eis vero qui in urbe remanserant, nihil (tametsi pestilentiae vis Collegium undique circumisset quin etiam unum ~~in~~ domesticis administris, ac aedificium insuper saeculare in coemeterio comorantem cum tota familia sustulisset) e consuetis Societatis nostrae

ministeriis praetermissum. Porro efferati Rigensem animi, nonnihil nostrorum humanitate et officiis delinuti. Nam et militi praesidiario, Magistratu rogante, latus unum Collegii inhabitandum concessimus, et populo qui ex suburbis hostis metu (qui omnia caede et incendiis miscerat) in civitatem recepto, ob urbis angustias coemeterium dedimus incolendum. Et certe primarius quidam vir, ejus magna apud omnes auctoritas, non solum omnibus modis laborat, ut animi civium inter se et cum suo Magistratu quam conjunctissimi sint, sed nostras etiam partes, cum res et occasio postulat, sedulo promovet atque defendit: nec ab hoc suo conatu atque nostrorum, quibus familiariter utitur, consuetudine, etiam publicis impiorum Buccinatorum pro concione reprehensionibus, se patitur abduci ac dimoveri; in id totus intentus, ut ea religionis libertas in urbe sit, qualis esse deberet. Et vero Magistratus solito majorem honorem et humanitatem, mittendis etiam subinde muneribus, nobis declaravit; forte Polonicae nobilitatis ac praecipue supremi rei bellicae Praefecti, qui nos omni observantia et amore, saepius cum hic esset, complexus est, exemplo

permotus. Caeterum ad promovendam in
 tam sterili agro rem Christianam, non par-
 rum momenti attulit, quod et hujus civi-
 tatis aerei Catholicus Capitaneus, vir nostri
 Ordinis studiosissimus datus fit, et haeretici-
 corum perduellium bona in tota passim
 Livonia Catholicis hominibus et Societatis
 amicis fuit attributa. Nec defuit Colle-
 gio quorundam piorum, hoc tam gravi
 et difficili tempore egestate laboranti
 liberalitas. Eorum unus ducentos florenos
 alter multa in victum necessaria attri-
 buit, tertius suppellectilem Ecclesiasti-
 cam auxit.

Anni 1603, Dñaci 1618.

p. 642.

Dequint in Polonia Societatis homines plu-
 res quingentis.... In Rigenfi (scilicet Collegio)
 undecim. In Derpatensi tres....

p. 686-690.

Collegium Rigenfe.

Luctuosum hoc belli, pestis, famis, cetera-
 rumque publicarum cladium, tempus, quae
 etiam in nostram domum ex parte sedun-
 tarunt, praeclearam nobis industrial, eha-
 ritatis et patientiae materiam, atque etiam
 de omnibus bene merendi occasionem, domi-

forisque praebuit. Nam quicquid assiduitate
 concionum domesticarum, apud Germanos
 Polonos, Lothavosque profectum est, apud mi-
 litares certe copias contra Suecum paratas,
 laboris nostri apparuit fructus. Miles
 enim regius, cui Sacerdos noster a concionibus
 fuit, audito hostis adventu: nec equos con-
 scenfurum, nec arma sumpturum prius
 iurejurando quasi sese devoverat: quam
 deterfis animorum maculis, ac pondere
 coram sacerdote nostro deposito, Eucharistiaeque
 Sacramento munitus, et sibi levior securior-
 que, et hosti audacior videretur. Votis even-
 tus respondit. Vix sacerdos rem divinam
 peregerat, cum milites innisi genibus
 demissoque in terram frontibus benedictio-
 nem excipientes, audito classico, equos ad
 proelium jam instructos infiliunt, invo-
 caque Jesu nomine, primi densam, hostium
 numero et apparatu majorem, aciem hostis
 nullo negotio perimpunt, viaque sibi
 patefacta, illaesi ipsi multos vulnerant,
 caedunt, fugientes ad octodecim milliaria
 biduo integro insequuntur, ligant, plerosque
 captivos abducunt. Quod si urbs munitissima
 Revaticum, in quam se hostis abderat, et
 paucitas nostrorum non obfusset, ad inter-
 concionem omnis exercitus deletus fuisset.
 Post hujus pugnae laborem, et aestum, cum

70.
miles nullum frigus, quod tunc erat intem-
peratissimum, nullam famem, sitimque, nul-
lam denique virium debilitatem, aut hu-
jusmodi incommoda sensisse pugnando sese
animadvertisset; soli Deo et sacerdoti no-
stro, per quem expiati fuerunt, victoriam
adscribebant; nunquam se Deinceps, ni-
si expurgatis conscientiis, proelium comi-
suros elatis vocibus conclamantes. Vul-
neratis aliis, aegris, aut quos contagio
varique morbi in lectos, vel terram ab-
jecerant, nullum officii genus abfuit, nul-
la studii, munerisque viciositas. Et quan-
vis hac parte sublevandi afflictos, etiam
Franciscanorum ordinis hominibus essent
communes; non tamen illorum labor nostris
in ~~et~~ magna hominum copia, pietatis
~~minuit~~ ^{minuit} sollicitationem. Itaque cursitando
intervolvendo bombardarum, tormentorum-
que globos, lanceas, variaque tormentorum
genera cadentibus humi misere, et sub dio
jacentibus, aliis etiam expirantibus, succu-
rendum fuit, infirmis lecti sternendi, cibi
afferendi, etiam emendicandi egentibus, Sa-
cramenta administranda, denique mortui, pro
statu et necessitate cujusque, sepeliendi erant.
Quae omnia cum apud omnes omnium
generum homines, magnam amorem et
favorem universae Societati conciliarunt.
tum vero ipsos Duces miros nostri retinent

71.
Desiderio. Non minus aliorum, per varia
loca, ad supremam egestatem redactorum
incolarum, tam corporum quam animorum
salus, alteri Sacerdoti cum socio cura
fuit. Pro feriis quoque Paschae, Ducem
Curlandiae soror a viginti sex militari-
bus ad Collegium misit, Sacerdotem expe-
ctens (pia enim haec femina, licet ordinarie
duos sacerdotes saeculares in aula sua
albat, nulli tamen praeterquam nostris
animae suae maculas detegere solet) unum
impetravit, qui in medio haereticorum, ubi
haecenus ab annis quadraginta, sacra Ca-
tholica nulla visa sunt, palam coere-
ntias ritus Catholicos per festa Paschalia
peregit, ipsam cum aula sua Sacramentis
Ecclesiae reficiens, admirantibus Haereticis.
Ab ipso etiam Duce perhumaniter, una
cum socio acceptus fuit, ad cuius preces
paulo post, alii sacerdotes nostri duo
consiliorum quorundam causa, quae a nostris
Ducissa petit, missi; non minorem ipsius
quam Principis humanitatem experti
sunt. Nec Samoetica missio absque
fructu fuit, in qua sacerdos noster per
festa Nativitatis Christi agens, partim
catechizando populum, partim Sacramentis
reficiens, partim etiam ab infestante

72.
militē defendendo, magnū discedens sui
Desideriū reliquit. Variis etiam missio-
nibus, praesertim ad praedia Collegii, de-
praedationes militū onfam dederunt,
in quibus subditi partim defensi, partim
etiam cibo refecti. Confessione sacra hoc
anno, scelera sua expiarunt bis mille,
ducenti viginti et unis. Inter quos pro-
vectae jam aetatis homines, tota vita sua
nunquam antea confessi mille centum et
septem; ex his pane caelesti refecti mille
centum nonaginta unis. Ad gremium
ecclesiae reducti ex Lutherana et Calvini-
ana haeresi octoginta novem, ex schis-
maticis duo, vacillans in fide confirma-
tus unis, lustrali aqua variis locis ablu-
ti centum quatuordecim. Inter quos fuit
Turca unis et adulti pueri viginti, Ma-
trimonii Sacramentum collatum paribus
centum viginti novem. Ex his paria duo
ab Haereticis copulata, benedictionem a
nostro Sacerdote Dennis acceperunt. Ad
concordiam reducti inter alios quam plu-
rimos, etiam praecipui Nobiles duo. Haer-
etici duo ad mortem jam condemnati, post-
quam confessione sacra animas expiassent
se Ecclesiae Catholicae nomen dedissent, au-
thore quodam sacerdote nostro, vita donati
sunt. Eadem gratia impetrata tribus ali-
is. Nobilis quidam, adeo a Societate nostra

73.
alienus factus, ut coram aliis Nobilibus
jurejurando affirmaret, se nunquam
nostris confosurum: cui tamen quidam
paulo post ex nostris auctor extitit, non
solum ut ipsemet nostris confiteretur, sed
etiam alios exemplo suo ad idem facillimum
permoveret. Experti Junius etiam hoc
anno aliquoties Proconsulis Rigenfis ac
totius Senatus ~~et~~ benevolentiam, in mittendis
munusculis, tum in adventu P. Visitatoris
tum in ingresso novi superioris, tum etiam
alias, quae quidem aliis viderentur indignae,
hoc loco tamen magna quia insolita
et ab hominibus a Catholica religione
alienissimis. Ecclesia quoque hoc anno
nonnihil locupletata ex legatis piorum
hominum. Nam Nobilis quidam moriens
calicem argenteum inauratum cum pa-
tena legavit. Matrona vero quaedam
nobilis florenos centum: vidua quaedam
sine liberis et heredibus vita fungens, Eccle-
siam S. Jacobi heredem omnium bonorum
mobiliū constituit.

p. 690-692.

Collegium Derpatense.

Civitate Derpatensi trigesimo, aut eo au-
plius mense, quam in hostium potestatem
devenerat, recepta: nostri quatuor eodem

74.
prospero tempore reversi, Collegium, Praedia
ac fundos, adveniente praecipue Regi exer:
citus in Lithuania Ductore, viro Illustri
Carolo Chotkevicio, haud aegre recupera:
runt. Ceterum facies Collegii adeo defor:
mata, vix ut agnosceretur. Nam praeter
templum, quod in suos usus civis haeretici
converterant, et duo tria e cubacula ut:
cunque integra, nihil non convulsam, con:
fractum, exustum: non fenestris, ^{quibus} januis
tabulatis, ^{duobus} laqueis, ⁱⁿ tecto ipsi, ⁱⁿ impla:
cabile scilicet in Jesuitas odium, et effre:
nata militum percussio licentia. Aesedit
his, et nescio an non gravissimum, ma:
xima videlicet cadaverum intra Collegii
ambitum multitudo, (supra tria millia
feruntur fuisse) quae aestivis resoluta ca:
loribus, incredibile est quanta mephiti:
atque peste, totum circum circa complerent
aerem. Nam cum hostilem exercitum
intra moenia conclusum, gravis per hye:
mem urgeret lues: plerique ea correpti
in Collegium, tanquam publicum valetu:
dinarium amandabantur: ubi cum plures
vix morbi, atque inedia in singulos dies
conficeret, vulgo in cellaria, angulos, aut
humiles fossas, magno numero conjicie:
bantur. Inventa adhuc a nostris inoe:
pulta, et tabe fluentia, quadraginta
duo cadavera, in his iunius Succi, qui

75.
sibi e Demotui fodalis cadavere, horribili
haud tamen his locis atque temporibus no:
vo exemplo, infelicem parabat escam. Atque
haec quidem in Collegio. Nihil melior alio:
rum aedificiorum, quae tum in suburbano
agro Collegii, tum in aliis praediis nostrorum
viris excitata fuerant, conditio; omnia
vorax flamma, et manus hostilis, adeo de:
populata est, ut suburbani praedii ne vest:
igia quidem appareant. Nec vero in tecta
solum praediorum, sed in corpora etiam mi:
serorum subditorum peracriter saevitum; id
adeo vel hinc conjicere est, quod e quingentis
colonis vix supersint viginti, iidemque
inedia paene confecti, ac rerum omnium
egentissimi. Quare ut verbo dicam, praeter
templa suis spoliata ornamentis, agros
cultoribus desertos, seminatos Collegii minus
nihil admodum repertum. Nihil secius
nostri in his rerum angustiis, Collegio
utcumque purgato, strenue sese ad munera
Societatis obeunda retulerunt, et prae:
cipuam quidem eorum industriae partem
tulit miles Polonus, cujus beneficio et
liberalitate haecenus sunt sustentati: illi
itaque domi et foris, qua conivibus, qua
Sacramentis diligenter ex culti; discordiae
odia, simultates positae, vagae libidines
coercitae, jurandi, potandi et aliae id genus

pravæ consuetudines represæ. Quibus in studiis, et christiænæ charitatis officio diu occupantur, ad cûmulum maiorum accessit pestilentia, quæ majorem etiam, de salute proximorum bene merendi, suppeditavit occasionem. Freti igitur divina providentia, et salutis animarum ardore succensi, omnibus se periculis objicere, contactos adire, animos eorum suscipere, sacro viatico instruere, restipere, consilio juvare, cunctis salutis esse; nec caruit res admiratione, quod in media flamma nemo eorum esset afflatus. Penetravit quidem aliunde tamen contagio in Collegium, et præter aliquot e familia rusticanos homines, fratrem etiam unum Stephanum Braun rerum temporalium adiutorem abstulit, virum singulari pro: pter probitatem, et de hoc Collegio, in quo superiorum omnium commendatione a viginti annis versatus fuerat, optime meritum. Nam et regionis linguam, mores gentis probe noverat, et in re familiari procuranda atque administranda, ita sedulus, industrius, utilis partibus his fuerat, ut similem ei in tota Provincia non inveniamus. Caeterum ex omni officiorum genere, quæ per hoc tempus gesta sunt, hæc in particulari annotavimus.

Hic mille quadringentæ quinquaginta confessiones exceptæ, in his a primis annis, repetitæ fuerunt sexcentæ octuaginta. Ad unionem Ecclesiæ aggregati Hæretici quadraginta, septem Mosci, schismatici triginta et septem. Matrimonium rite inierunt centum et quinquaginta quinque, ex quibus non pauci videtur in concubinato; sacro Baptismatis fonte abluti infantes sex supra centum.

Anni 1605, Duaci 1618.

p. 880.

Dequint hoc anno in hac Provincia (scilicet Polonia) prope trecenti...

p. 935.

Numeravit hæc Vice-Provincia Socios in universum duos et quadraginta supra ducentos... Rigæ tredecim, Derpati quatuor...

p. 964-970.

Collegium Rigense.

Operarii hujus Collegii in variis Missionibus, per Samogitiam atque Livoniam ministeria Societatis circa animarum salutem hoc anno iniquiter obiit. Nobilibus enim, aliisque variæ conditionis hominibus, in primis vero pauperibus Lithanis, ex peste,

fame, ac septenni bello residuis, ac Sa:
cerdotibus, plane tota fere Livonia desti:
tuta, tam circa Rigan, quam remotiori:
bus locis salutis auxilia impartita. In
specie vero, ex hiis laboribus facis, sa:
lutari Confessione animarum suarum ma:
culas expiarunt unius et viginti, supra
quinquies mille. Sacra ~~et~~ signati refe:
ti ter mille, septuaginta tres, ex quorum
numero ad Confessionem perducti homines
profectae aetatis ultra mille, qui tota
vita sua, nunquam antea confessi fue:
runt. Cum muliere haeresi Lutherana
infecta, cum diu multumque labora:
tum esset, tandem cum marito et fami:
lia tota, haeresi ~~est~~ detestata, per salu:
tarem Confessionem gremio Ecclesiae
excepta est. Ad salutem creberrime qua:
situs Gothavus quidam, qui ante hos
annos quatuor, quo tempore fame gra:
vissima urgente in Livonia, passim alter
alterum in cibum occidebat, adeo ut nec
filii parentibus, nec hi filiis, nec conjux
conjugi hoc nomine parceret, tres homines
propria manu interemptos, devoraverat:
hic tandem paenitentia ac sacra signati
sua expiavit peccata. Maritus etiam cum
uxore, neglecta (forte ob inopiam Sacerdo:
tum) benedictione Ecclesiae, aliquot annis
videntes, graves diaboli infestationes per-

Annales Rosup.
3703

pesi, quibus infans unus necdum bapti:
zatus, in matris gremio necatus, alter in
puteum praecipitatus, inde mortuus
extractus est, nec miseriarum tantarum
finem, sibi poterant polliceri, nisi post:
quam Sacerdotis nostri consilio, animas
suas apud eundem expiasent, ac benedic:
tio Domus, cum Ecclesiae exorcismis archi:
biti fuissent.

Plures quoque alii praestigiis Daemonis,
partim nocturnis terroribus in somno
exterriti, partim in quandam amentiam
acti, partim etiam specie quadam morbi
corduci per imantationes misere exagita:
ti, virtuti Sancti Sacramenti Confessionis
et Eucharistiae, abjurata haeresi, additis
exorcismis et Ecclesiae orationibus, Cerei
etiam consecrati aqua ad collum appensione,
praefatis Daemonis infestationibus liberati
sunt. Haereticus quidam, sine benedictione
Sacerdotali annis quindecim cum conjuge
accepta vivens, a Sacerdote nostro crebrius
solicitatus, cum ut haeresi abjurata
seelus admissum per confessionem expiaret,
tum ut benedictione accepta Matrimonium
continuarat: at is salutaria monitione
contemnens, relicta etiam priore, cum
altera contrahens, non ita multo post

Liab: immuere

Rigam proficiscens, ab ignoto quodam, et
 inopinato, mirere transfusus perit. Et
 haec accedit, quod cum Sacerdos noster
 in Samoyticia ageret, ac oppidum Zago:
 reuse inopinato ique conflagrare incipe:
 ret, civis quidam, videns templo ligneo
 periculum meminere, arrepta sacra pi:
 xide, Venerabile Sacramentum inde in vici:
 nium praedictum detulit, videntes vero do:
 mestici de quoque ab ique minime secu:
 ros, cum res omnes e praedio evehunt,
 praefatam quoque pixidem currui one:
 rato imponunt, quam cum postero die
 Sacerdoti nostro eo tunc venienti attu:
 liscent, reperta est pixidis sola, Sacra:
 tissima hostia sublata, quam indagau:
 tes, invenerunt non procul a praedio
 pixide effusa, inter herbas jacentem,
 ita puram et illaeram, ut cum omnia
 loci istius pecora, eadem pulsa transi:
 viscent, ac onerarii currus transiecti
 fuissent, illibata omnino manserit:
 Sacerdos noster cum processione eandem
 inde transtulit, ac terra inde sublata
 et in cineres reducta, lapide locum
 operuit, quem cum postero die inver:
 terent, invenerunt eidem lapidi duas
 cruces impressas, quas antea in illo
 nemo advertere potuit.

Karefin hoc anno abjuravit, partim
 Nobiles, partim plebei ultra centum, a
 Schismate ad unionem Ecclesiae redacti
 fere quadraginta, sacro Baptismate initiati
 trecenti nonaginta, Matrimonio juncta
 paria ducenta nonaginta octo. Intestina
 vicia, partim inter Nobiles, partim inter
 cives varios, atque conjuges, sopita, ac
 amoris vinculo conciliata sunt. Magna
 etiam diligentia in placando Divino numi:
 ne arbitrata est, dum hac aestate perduellis
 Carolus Sudermaniae Dux de novo ad Sue:
 ciam, magnam manum militum, quinquag:
 ynta et aliquot navibus ducret in Li:
 voniam, ea spe allectus, quod totam Li:
 voniam in suam potestatem reducere posset
 ob exiguas Polonici exercitus copias.
 Cum igitur hostis praefatus initio ad:
 ventus sui sub finem Augusti, primum
 omnium circa Rigam ique hostiliter ince:
 deret, ac initio Septembris Rigam obfi:
 dione cingeret; vallis ac fossis, nec non
 quatuordecim millibus militum omnia
 circumdans, quotidie domi per domesti:
 eos, in aede vero Sancti Jacobi per studio:
 sos atque externos Catholicos, supplica:
 tiones privatae ac publicae habitae, cum
 quadraginta horarum oratione, disciplinae

per studiosos factae, ac alia pietatis obsequia Deo oblata, accidentibus innumereis devotorum hominum per Regnum Polonae sanctis obsequiis; ita iusta via Dei placata est, ut cum vicesimo octavo Septembris Dux noster cum exercitu Polonico appropinquaret, ac duobus miliaribus Riga Kirckholmii (in quo loco primitiae fidei Christianae, ante annos quadringentos per D. Meinardum Bremensem Religiosum, primo ibidem Christiano templo erecto, celebratae sunt ac primo conflictu cum Ethnicis habitato, primam victoriam Christiani reportarunt, ac eundem totam Livoniam, iugo fidei subjugarunt) castra metatus esset, ipse Carolus Dux in copioso exercitu suo, et exercitatus in bello Ungarico tribus Ducibus exercitus sui spem ponens, ac ob exiguum exercitum nostrum audacior factus, noctu totum suum exercitum Riga motum, Kirckholmium deducere, factum est, ut vicesima septima Septembris, qui erat Translationi S. Stanislai Patroni Poloniae sacer, nostrum exercitum, qui ex tribus millibus constabat, super hostis aperto proelio invaderet; nostri altis clamoribus nominantes Sanctissima

nomina Iesus et Maria, ab hoste se defendentes, intra unius horae spatium quatuordecim hostium millia in fugam coegunt, ac intantum expedit, ut a loco conflictus ad unum milliare, usque ad praedium nostrum Blumenthal, decem millia hostium edanimes numerarentur, qui erant omnes miserandum in modum concisi. Ipsemet Carolus Dux, qui paulo ante Rigam obsidens, per literas Rigenses sollicitaverat ad Deditionem, promittens illis inter varia, Collegium Societatis Iesu, cum omnibus bonis ejusdem, ac papatu funditus extirpato, se universitatem insignem Civitati fundaturum; jam omnium oblitus perducillis, vix ex fuga naves suas in Dunam praestolantes apprehendit, ad majora mala hac vice servatus, residui omnis insignioribus Ducibus, cum selecta nobilitate Paravianam versus, terra ad unius miliaris latitudinem diffusi fugientes, fere sauci vix evaserunt.

Ex nostro exercitu vix desiderati quinquaginta, vulnerati quadraginta; sequenti die Dux noster cum triumpho Rigam ingresses, tanquam victor Deo gratus, tandem vicesimo nono Septembris aedem S. Jacobi adit, ac ibidem sacro, in gratiarum actionem audito, ac cantato Te Deum laudamus, a D.

quot centena semper sunt in praesidio: altera Estonica ad rusticos, quorum non pauci ex villis, et ex Civitate confluent. Doctrina etiam Christiana utraque lingua semper docetur. Ad Parochialia autem munia conductus est hoc anno unus Sacerdos, e Seminario Pontificio Vilnensi, optime callens linguam Germanicam, et Estonicam et Polonicam qui ex pauculis proventibus Praepositi sustentatur, et fideliter juvat Patres nostros in omnibus, quos reveretur et audit.

Unus ex Sacerdotibus nostris, sequentis est hoc anno castra per tres menses, maximo animarum comodo. Is enim non solum in laboribus circa vulneratos et moribundos, magno animo et antlandis, omnibus utilissimus fuit: verum etiam conversatione sua, et paupertatis amore, omnes aedificavit. Unica enim veste superioris contentus, atque ulla suppellectili, toto illo tempore ex elemosinis vivebat, humi cubando, multa patiendo, vixit, quamvis Illustrissimus Dux exercituum Joannes Chodkiewiczus, non modo equum illi ex suo stabulo quotidie dabat: verum etiam frequenter, suae mensae adhibebat. Dura: vit autem iste assiduis labor, usque ad finem belli, quando quatuordecim milia Sulecorum profligata, et decem milia ex illis occisa sunt. Non fuerunt nostri toto

hoc anno contenti fructu Domestico, sed frequentissime ad loca vicina, quantum pericula hostium permittebant, excurrerant, maximumque fructum ubique colligebant. Nam in Denis excursionibus, quarum tres praecipuae fuerunt, auditae Confessiones generales centum sexaginta. Eorum, qui haeresim abjurarunt duodecim; qui a schismate ad Ecclesiae unionem (sic) redierunt, quatuor: Denique duo alienae vitae insidiantes, ad meliorem mentem et confessionem inducti. Domi confessi centum octoginta, reducti ad gremium catholicae Ecclesiae haeretici, viginti tres; Schismatici sex.

Anni 1609, Dilingae (1620)

p. 405.

Versati sunt in Polonia locis quatuordecim Socii triginta septem supra trecentos...

p. 435.

Lithuaniam excoluerunt Socii ducenti quinque.

p. 436.

in Rigensi (Colligio) universim 13, sacerdotes VII, praecipuli, Scholast. in Derpatensi - - - - 5, - - - - 2 adjutores V.

p. 455-461

Collegia Rigense et Derpatense...

Sacra Baptismatis ablutione initiati sunt Rigae

per Nostros ducenti triginta octo: matrimonia facta novorum sponsorum centum. Nec tantum ad supplicio afficiendos admissi Nostri (quod equidem hic ferrarum est) sed ab ipsis etiam Haereticis ad id genus hominum instituendum animandumque vocati. Mulieris sane levitatis et improbitalis specimina egregia dederunt dual. Una non ignobilis, sed Haeretica, et in B. Virginem aliquando blasphemam, cum pari difficultate periclitaretur, inducta est, ejus ut nomen auxiliunneque invocaret, cujus ante honorem inimicisset, simulque reliquias Divorum collo appensas ad osculum admitteret: admisit foetum ingrata, non haeresim eiecit(us?). Altera non verba modo Sacerdotis nostri, sed etiam conspectum, maxime vero Confessionis mentionem abominabatur. Aegrotanti ergo atque ignoranti, melior maritus Sacerdotem nostrum medicum accersit: de cujus adventu, cum illa nescio quo suggerente fuisset edocta, protinus sese e strato proripit, domoque profuga in vicinas filvas abdit: ubi cum diu multumque a marito et filio investigata fera non reperiretur, ipsa tandem de abitu Sacerdotis per eundem facta certior, per quem de adventu cognorat, se domum recepit, ac cerbeque in maritum pro more invocata: Quid nobis, inquit, hoc cum sacerdote suoque

(pari)

cum Deo? Deum tu nostrum venerare: habeat sua sibi Sacramenta; nos atque hic Deo propitio utemur. Usa tamen est Diabolo, seque quarto post die ex freno quodam, vestibus elegantioribus inducta in ipso balneo suspendit. Ob similem fere divinae rei contemptum alius quidam Haereticorum poenas dedisse videtur. Res ita contigit. Reverendiss. Livoniae Episcopus ex Polonia redire sacra nascentis Christi nocte pontificio ornatu solemniter (ut apud Nostros saepe solet) rem divinam procurabat. Ad eas caeremonias Haeretici quoque frequentes, velut ad spectaculum, affunt. In his perulantior nimis, ne teruncis quidem (quippe quem campanae, quas in templo quodam Haereticorum non praecipuo pulfabat, sustentabant) ejusmodi se caeremonias emere dicebat. Addebat asini insulsum elationem, oreque joculariter intorto alios quoque ad ineptias et turbas concitabat. Duravit hic improbi histrionis ludus etiam coram uxore aliisque domesticis. Mox dum opus in ~~hinc~~ lino facit, deficit: manus obrigescunt; ligatur lingua tam fortivinculo, ut ne frequenti quidem capitis motione totoque conatu verbulum eiteretur. Tum diducto hiantique ore ac faucibus aliquandiu perseveravit, nec ulla ratione os ei claudi potuit, donec in rigorem omnino datus respiravit. Qui curando infelici aderat,

lid: incau-
tamentis

lūm insolito quodam sibi ignoto morti
genere periisse testatus est, addiditque, in-
catamentis sublatum videri. Vix namque
veneficam templo nostro inesse spargere
ausi sunt quidam Haeretici; tam parū
ingeniosi erant in reperiendo mendaculo,
quo fidei suae consortem a Divina ultio-
ne infamiaeque liberarent. Sed ad excu-
siones jam veniamus.

Fuerunt tae celeberrimae hoc anno, uti-
lissimaeque in Samogitiam, variaque
Livoniae loca: in quibus licet Vostrorū
opera non defuerit mobili loco natis,
notissimum tamen tenuioris fortunaeque
ingenii hominibus est impensa. Totius
anni hujus decursu, quo exercitus Ca-
tholicorum in armis fuit contra Suecum
Sacerdotes nostri praesto fuerunt, tam
eidem, quam Duci a Saeris, a Concioni-
bus, a Confessionibus. In expugnatione
Farnaviae (Civitas haec est in Livonia
non male munita, quam Suecus aliquot
ante annos occuparat) plurimis salu-
tariter accersum. Militibus enim as-
sultum facientibus perpetuus adsuit Vo-
ster, eosque ad fortiter agendum anima-
vit. Multos egregios viros in congressu
vulneratos, qui vel ab equis concule-
ti fuissent, vel alioqui sine auxilio peri-
issent, e medio globorum grandine in lo-

cuntatum abduxit; aliorum Confessiones
inter circumstrepentes glandes intrepide
audivit. Expugnata civitate euerentium
furentem a variis facinoribus et aedibus
arevit, faucis, qua Saeris poenitentiae
et Eucharistiae medicamentis, qua et-
ternis corporum subsidio, esulentorum,
chirurgorum, hospitiorum procurandis
auxilio fuit. Occisorum tam nostrorum
quam hostium corpora terrae mandari cu-
ravit, socio fratre pro viribus adjuvante.
Dysenteria, quae totis grassabatur castris,
multis laboribus et Christianis officiis
ocasionem dedit. Quendam, a quo omnes
propter morbi foeditatem abhorrebant, in
currum, quo vehabatur Sacerdos mortuus, ad
Samaritani illius exemplum levavit: qua-
tuor a patibulo liberavit. Quam Nostro-
rum charitatem incredibile est, quanta mi-
les universus humanitate Societatisque
condemnatione fuerit prosequutus, adeo, ut
ipsis etiam castris orationem quadraginta
horarum decretam promptissime obirent.
Gregarius quidam in tumultuaria irrup-
tione in castra ab hostibus inter ipsum noctis
crepusculum captus, ligatusque abripieba-
tur: potentiora ergo arma expedit, Delipa-
ramque Virginem in auxilium vocat; cuius
mox beneficio mirabiliter ex hostium ma-
nibus elabatur, et quidem illoesus a globis,
quibus fugitivus impetebatur.

v. Persin
Fulcr. miss
65 anni.

Ad Dunamundum quoque (are est loci
 natura non facile expugnabilis, duobus mili-
 aribus Riga absens) cum hostis copias ad-
 movisset, ut vel obsidionem solveret, vel
 suis in ea detentis suppetias coniecerat
 et recenti milite ferret, pugnatum a
 nostris est feliciter, et hostis bona exer-
 citus parte amissa in fugam actus, are
 copioso instructo coniecerat, et militari
 apparatu, Seditione accepta. Eisdem
 autem horis, quibus haec agebantur,
 supplicatum est in nostro templo: pue-
 ri teneraque virgines, atque adeo ipsa
 Ducis conjux in modum Crucis humo
 affixi jacebant. Diverberationes vo-
 luntariae corporum fractae, praeter an-
 tecedentium dierum sacra et supplicia;
 quibus pietatis exercitiis victoriam non
 mediocriter adjutam credidimus. Certe
 illustre illud Divini favoris et praesen-
 tia a compluribus notatum fuit argu-
 mentum; quod cum sequenti post pug-
 nam die aliqui ex militibus illae, ubi
 hostem equites armisque graves aggressi
 fuerant, pertaensire tentarent, inermes
 jam et expediti cum equis id facere nul-
 lo modo potuerint, adeo palustris, uli-
 ginosa ~~et~~ ginosa et impeditus erat locus,
 seu potius lacus ille, ut omnino opus
 fuerit Divina manu illos sustentante,
 Parta victoria Dux exercitus, Illustriss.
 Dns. Joannes Carolus Chodkiewicz cum

centurionibus praefectisque militum ac
 primaria nobilitate templum S. Jacobi
 sacrum adit, divinaeque bonitati grates
 solemniter persolvit; et post aliquot
 deinde dies praecipuorum duodecim mili-
 tum, quos belli fortuna abstulerat, ex-
 quias funebres celebravit.

Ante hunc conflictum Sacerdos militum
 quendam aliquoties ad Confessionem ad-
 hortatus fuerat, nihil tamen impetrare,
 vel ipse, vel Deus conscientiam vellens
 potuit. Cum itaque equo jam insidens
 ac paulo post cum hoste congressurus Sa-
 cerdotem eundem procul conspexisset, ad
 socium conversus, Viden, inquit, istum
Sacerdotem? Judex est mihi in oculis et
mortem meam praesagire videtur ista in-
portunitate sua: Debeo fortassis ante
pugnam confiteri: quod tamen non fecit
et mirere in eodem conflictu occubuit!
 Spectabilis fuit ante omnes Ducis ipsius
 liberalitas. Nam ad Velemosynas complu-
 res, quibus subinde Nostrorum indigen-
 tiam sublevavit votum, quod Societati
 pro sede S. Jacobi nuncuparat, persol-
 vit, adeoque in templi ornatum septu-
 genti floreni Polonici expens; Collegio
 accessere universim fere ducenti.
 Jam vero domicilium, quod Derpatenses
 socii incolunt, peregrinum, et sepius mudi

Iuncta dat manu interpositis cinctum est,
Collegii namque aedes et templi, quod
Collegio adjaect, structura a Sueco mili-
te labefactata, tectoque suo foede au-
data visitur. Vostri interim omnia
sua munia domi forisque recte qua-
viterque obtulerunt: et spe quidem ma-
jorem se sequebantem fecere, post tot an-
nos, quibus et belli assiduum incen-
dium a Carolo Sudermaniae Duce ini-
quistime excitatum hanc regionem mi-
serabiliter afflicto, et Haeresis ab Haer-
etico Tyranno invecta, et longe la-
teque cum vehementi Catholicae rei
damno prosecta, multis mortalium
animis exitium miserabile attulit.

Anni 1610, Dilingae (1620)

n. 402.

Numerati sunt hae in Provincia Vostro-
rum trecenti quadraginta octo.

n. 430

Excolumunt hanc Provinciam Socii nona-
ginta duo supra ducentos.

n. 447 - 450.

Collegium Rigense.

Fabulae argumentum quidam dederat e
Sacerdotibus Rigenfibus cum minime vel-
let, sed quae fabularum architectis (Deo

ita ordinante) nocuit, non illi. Patria
Rigenfis erat, atque ex Haeretico non tantum
Catholicus, sed etiam Religiosus, tanquam
acer Haeticorum hostis dum vixit, ut
eum post mortem fulmine sublatum fa-
bulati sint. Vifus illico est justus Deus
calumniam optimo viro illatam voluisse
abstergere, fulmenque sub idipsum tempus
jecit in Religionis Catholicae desertorem
Lutheranum, quem et extinxit, vivo relicto
Catholico, ad ejus aedes colloquebantur;
et ut liquidum esset, ejus manu impulsuque
id fieret, domus quoque ejusdem Haeretici
longe distita, eodem fulmine conflagravit,
salva aede Catholici, ad quam Apostata
interiit. Similia tela ei plurimum im-
piorum capita a vindice Deo contorta:
in ebrium inter ceteros, qui ingentia to-
nitrua audiens, linguam protinus in blas-
phemias expedierat, monitusque, ut ad preces
potius se componeret; feriat, inquit, Di-
abolicum fulmen, feriat si potest: protulit
saxe, moxque horreum ipsius una cum
duobus equis, et quidquid aliarum rerum
in ipso erat, abrupit. Sequenti post
die S. Joanni Baptistae sacro, eadem hora
ceteris domum cujusdam improbi hominis, qui
ad Confessionem adigi nulla ratione poterat,
In Ascensione Domini alius, alius item feriatis
D. Magdalenae die laboribus contra Ecclesiae

Secretum vacabat: non ultra Iuliu Dilata
vindieta est, et utriusque in agro frumentum
omne grandine contumutum. Duo castigati,
sed unus Iuntadat vindictam agnovisse visus
instituit Confessionem. Quidam diu Sacerdo-
tis nostri monita surdis auribus transmissus
intempesta nocte a malo Daeumone ex hypo-
cauto protractus carpento imponitur; in
quo cum sanctissimum nomen Iesu imple-
raret, a tartareo quidem auriga deferitur,
Dextra tamen manu pedeque confractis mi-
sere habitus, ut reptans ad Sacerdotem de-
veniret, auxilium per Confessionem accep-
turus. Preces Nostorum S. Casimiri bene-
volentiam cuiusdam promeruisse creditae
sunt. Reliqui duo ex Bernardinorum or-
dine Sacerdotio alter, alter sola religione in-
itiatus, in Collegium nostrum hospitio ex-
cepti mense uno medicorum opera uteban-
tur, quod qui Sacerdos non erat, paralyti
adeo laboraret, ut unius brachii usum
omnino haberet nullum. Qui cum tan-
dem fallente arte medica Nostorum pre-
ces et sacrificia exhibuisset, nocte quadam
per quietem sibi videre visus est quandam
regio ornata splendentem, alloquentem se
et sanitatem promittentem. Excitatus a
viso socium Sacerdotem appellat, et accu-
renti se jam persanatum ait, D. Casimiri
quem vidisset, beneficio; quod usus brachii

approbavit.

Convalescere e Nostri uni concessum perinde
non erat: P. scilicet Francisco Brandonio,
qui octo annorum haemorrhoidae incedi-
cabili retinetus est; is uno ante mortem
mense, cum valetudinis causa excurrisset,
in ambitu primarii templi (quod Haeretico-
rum jam est) in Ministrum juvenem
superbia tumentem, Herculemque sacrarum
literarum sese jaetitantem incidit,
quem aggressus ille argumentis et ratio-
nibus mirifice persuasit, ut nisi con-
currentium tumultus interessisset, pennas
inflato Ardelioni propius accidisset. Vi-
ginti sex reliquorum Nostorum opera
fidem Romanam susceperunt, baptismum
ex adultis octodecim.

p. 450 et 451.

Collegium Derpatense et Samogitica Missio.
Derpatensi Collegio per Suecos devastato,
duo tantum Nostorum opus adhuc faciunt.
Polonica et Gothonica lingua reliquias
Catholicorum confirmantes et haereticorum
insolentiae pro ovibus Christi, se fortiter
opponentes. Undecim eorum rationibus con-
vicerunt correxeruntque: unus reliquis
praefractor atque impudentior suam uxorem
Dei Matri nihil de dignitate concedere
non minus mendaci, quam impio ore

pugnabat: in fūngis fuit vindicta, a quo inter edendum suffocatus porrecto cadauere horrendum compransoribus suis exhibuit spectaculum.

Qui in expeditione Samogitica versati sunt, ii praeter familias quasdam notissimas integras Catholica disciplina imbutas, octo et viginti alios detergo haereticeae frontis stibio perpurgarunt; alia omnia instituti nostri solertissime executi. Qui et Curionum partes agere non minus quam baptizando infantes et adultos, ita necessitate iusta et charitate suadente, compellebantur. Reperti alicubi qui ludibriis artium operibusque manuum suarum Neptuno, Cereri, frugum custodibus aliisque id genus monstris supplicabant; hi meliora docti ad veri uniusque Dei cultum se convertere. Et vero tam grata Vostrorum doctrina passim fuit omnibus, ut cum evocarentur a P. Provinciali in sacris comensationibus a tot occupationibus nonnihil respiraturi, quaerere Samogitici, quid adeo peccassent, in eos, quod ocium vivere diutius nollent. Quidam certe peccatis suis tribuebant id infortunii, quibus comiserant tantorum virorum discipulum; alii timebant ne inopia rerum ad victum necessarium coacti abierint; unde et milites passim

incusabant, propter quorum importunas et intolerabiles exactiones comeatui, ut vellent, providere nequiverint. Sed quanto major fuit luctus abeuntibus Vostris, tanto deinde redeuntibus illis amplior fuit laetitia; ita ut non tantum omnia ad vitam necessaria abunde subministrarent, sed unanimi etiam consensu stabilem fidamque sedem expeterent.

Anni 1611, Dilingae (1620)

p. 589

Tredecim Colonial Provincialia Domicilia continentur Socii trecenti octuaginta octo.

p. 643.

Recenset haec (scilicet Provincia Lithuania) e nostris decem supra trecentos.

p. 644.

In Collegio Riga: universum 15; sacerdot. 7, praec. 2, schol. =, adjuv. 6
- - - - - Derpatii: - - - - - 6; - - - - - 2, - - - - - 1, - - - - - 3

p. 668-678.

Collegium Rigense, Derpatense.

Rigense Domicilium unum e Magistris ad collestem lauream capessendam emisit. Erat is Jacobus Mlocki; qui cum vix octennium in Societate sequeisset, ita omnes

pene numeros religiosae perfectionis assecutus est, ut temperatio qua externis qua internis animi motibus in illa quidem diuturnioris morbi conflictatione nullum impatientiae signum non ostenderit. Cum integris adhuc esset viribus, familiare et amicum admodum ipsi fuit sacrae lectionis studium; ita ne in infirmitate quidem illud deseruit, infirmorumque praefectum praelegendem, licet molestissimis puncturis afflictatus, audiebat attentissime. Aliis porro in virtutibus ita excellibat, ut angelum inter homines agere crederes. Patrum militaris hominis animum efferatum, et tum maxime severiore iudicis sententia irritatum, ad tranquillitatem reductum, ut confessione sacra jam pridem inveterata scelera expiaret, etiam tum, dum morbo premeretur impulit. Precibus sedulus insistebat tum alias, tum maxime sacro Christi corpore reffectus, horam solidam gratiarum actioni impendens. B. Virginem praecipua quadam veneratione prosequatur, officium et Rosarium ei in dies velut ordinarium pensum persolvebat. Ipsa sane benignissima patrona solatio suo ipsum dignata extremum etiam mortis diem ei aperte praedixit. Nam decem circiter diebus ante obitum (erat is Virgini purificatae sacer) cum Sacerdos quidam e nostris re divina peracta e templo re-

diens ad aegrum revirescit, reiscitatus hic, num et in templo B. Virgo visisset; affirmante Patre subjungit Jacobus: Revera et hic mecum, duabus aliis comitata virginibus, fulgenti admodum forma et decore fuit, significans me brevi hinc ad coelestium societatem migraturum, modicum interim adhuc ferendum. Sed et biduo ante obitum nocte intempesta, cum excitatum, qui aderat, fratrem rogaret, candellam accenderet, atque ille in opere jam esset: Omitte, ait, frater mi, et subjungit: Magnos hic habuimus hospites, exhilarante me praesentia sua Beatissima Virgine, et jam mihi abeundum erat, nisi dilatio edigni temporis fuisset concessa; te quidem ut Socium itineris habere rogavi, sed responsum, laborandum tibi in annum usque trigessimum, quo anno circa haec Beatiss. Virginis nris ferias me sequere. Frater gaudis simul metrique periculosus dum se proripit, monetur a Jacobo, caute ageret, quod currus B. Virginis, quo animas in coelum avehere solet, in medio consisteret. Postridie Socius rogat, num nocte dictorum gestorumve meminisset; cui ille: Optime, + hinc qui. Dem peccatum quidam animam habui, sed non dormivi, si libet crede, paratius interim sis mones, in tempus designatum.

Porro in ipso agone circumfusis fratribus et animam Deo commendantibus oculos in crucem

et Dignitatem in B. Virginem simul, quae ejus
animam abduetura erat, intendens respira-
vit. Ita Factum obtinuisse credimus, quod
alii laboribus multis parandum sibi adhuc
elidimant.

Præcipites in haereses quergitem relapsi vi-
ginti extra periculum collocati; valetu-
dinarium haereticorum abjectis Lutheri ex-
iuvii relinquere centum; Duo Calvinianum
totidem schismaticum excusere stibium.

Pabulo cœlesti refecta quatuor millia sex-
centi amplius. Aeternae salutis fonte ab-
luti quadringenti sex. An his puella tri-
mūla, quam cum alii certo certius sacro
rore tinctam affirmarent, pater, ut amicis
imponeret, contra pertinacissime negaret, Sa-
cerdos noster casu ad eam ex itinere deflectens,
matre annuente, ablutionis Sacramento ini-
tiavit. Quod pater uti Jovium reversus sub-
odoratus est, homo perverfis opinionibus cor-
ruptus, et pene Atheus indigne tulit, non
impune: cultro n. (on) paulo post a nobilitate
fidus ad impugnatae pietatis vindiciam al-
quispium evocatus est. Vinculo matrimonii
sociati centum viginti; integrati favores
illatarum injuriarum memoriam excludere
octodecim; Ex coeno adulterino extracti sede-
cim; octo e fornicario. Quidam hortatu
Sacerdotis nostri ulcerosal conscientiae hi-
ulca vulnera sece ipso die anniversario Do-
mini reviviscentis detesturum promiserat,

sed crapulae demum immerfus moniti simul.
et promissi invenor alia omnia agit. At
enim Venefis ipsum e vestigio insequitur,
pedes illos in vitia pronos, ad prior opera
tardos, tantus illico apprehendit dolor, ut
lecto affidus haereret immobilis, donec tandem
novem mensium spacio decurso ab eodem
Sacerdote, qui illi salutaris promissi auctor
fuerat, simul et sacra mysteria perciperet
et sanitati restitueretur. Durum alterius
pectus graviore etiam et periculosiore suppli-
cio emollivit divina vis. Fuit is nobilis
candidatus de nidoribus Lutheri, non doctus
admodum, sed fidus tamen asseda et per-
tinax: crebris interim ille tum precibus tum
minis Dei illius volventium saeculorum
extremi, eo ab uno e Nostris deductus fuerat,
ut expurgatis confessionis Sacramento ani-
mae maculis coelestes deinde adire epulas
statueret. Et en ipso tempore, quo templum
ingredietur proposito satisfactorum, horrore
nescio quo perfusus inde se subito iterum
propripit. Donec et hic ultio divina fugien-
tem insectatur; namque febris in medio
adhuc viae curriculo ita valide eum in-
vadit, ut toto quinquennio hominem non
dimitteret. Et primis quidem annis adeo
nihil malleus febrilis adamantem miti-
gavit, ut obstinatio primum quidem
morbum sibi impedimento esse caufaretur,

lib. Cerberum!

Deinde aperte vel exomologesin vel Syno-
sin sacram non rejiceret solum, sed etiam
verbis sacrilegis proeinderet. Sed nimirum
in coelum dum exopuit, caput ipse suum
illuvie sordidandum propinat. Hic sane
excussit, cum tantam subito vim sangui-
nis ex inis visceribus profudit, ut prae-
sentes non minus stupor quam horror in-
vaderet. Alias item cum post aliquot
mensium intervallum a sacerdote nostro
visitatus, ut vitae sordes confessione ~~et~~
elueret, moneretur, contraque ille nulla
se adeo enormia peccata patrasse, quae
poenitentiae Sacramento indigerent, palam
praedicaret, inspectante nostro tantum
iterum sanguinis eiecit, quantum quinque
canthari vitae caperent; cum tamen multis
hebdornadis vitae aliquid cibi delibasset. Re-
spexit tandem nonnihil licet obstinatum
divina clementia: itaque cum morti pro-
ximo Sacerdos vindictam eam Numinis
propter blasphemae linguae abominandum
crimen immisam exaggeraret vehementius
sensim resipiscere ille, pectus tundere, salu-
ti serio prospicere, crimina reponere; postero
die coeleste epulum accepturus. Sedenim par-
ticipem voti fieri non licuit; paulo post
namque cum viduum Sacerdos abisset,
cum sanguinis continuato profluvio vitam
simul et animam effudit.

Sacris porro Ecclesiae precibus nonnulli
et a veneficorum deliris machinationibus,

et a molesta aegritudinis divinatione ven-
dicatum. Eodem precum genere auxilium al-
latum puellae praestigis ita dementatae,
ut sui oblita cibi potusque nihil appe-
tens dies noctesque per silvas vagabunda
erraret. Alia quaedam ab usu divina-
tionum atque maleficiorum sacrae poeni-
tentiae adminiculo absterita est, edoctaque
salubriora consilia.

Caeterum divinatores, quorum opera usa
fuerat, hanc stultam in divinando tenuere
formam. Cantharum cerevisiam repletum
inspectabant, cultrium certa forma ja-
ciebant, eo ~~per~~ fine, ut quoniam furti-
vus, quaeve spes creditori de recipiendo
a debitore debito esset, agnosceretur. Inter
caeteros autem, qui desertis haereticorum
castris ad Catholicorum partes transierunt,
praecipui fuerunt Nobiles, et quorum reditu
non leve Ecclesiae augmentum in his parti-
bus accessisse videtur. Orthodoxam namque
fidem amplexi fausta vicinorum gratula-
tione divina frequentantes, fores simul
clientibus suis ad Ecclesiae arcem, in qua
tuti ab incuris hostium servarentur, re-
cluserunt. Simili incitamento parens
quidam fuit filio; qui filius cum damna-
tam a Patre sentiret haeresin, tum ipse
vixit cum lacte materno haustum eiecit
subito, tum Sacerdoti nostro morem gerens
omnibus ditioni suae subjectis ab Ecclesia
olim profugis redeundi facultatem dedit.

Sexagenarius quidam per septennium in per-
 ceptione sacratissimae Eucharistiae aduri quo-
 dammodo sentiebat linguam; Sacerdoti cum
 occultissimas conscientiae latebras aperuisset,
 ea molestia liberatus est. Nobilis prosapiae
 quidam patrata coeae fuga salutis viae con-
 sulere meditabatur: qui dum in anitatem
 sceleris exaceratus voti religione se obstrui-
 git, signo dato publico ab universa civitate
 in vincula quaeritur: conspicitur plu-
 ribus neque apprehenditur, vel metu con-
 sternatis omnibus, vel miseratione tactis.
 Exemptus itaque periculo ad nostras con-
 tendit aedes, poenitentiaeque lacrymis sce-
 lera ablucens amicis interempti fecit
 satis.

Caeterum religionis exercitium adhuc om-
 nibus impeditum machinantur aliquan-
 tulum tandem libertatem hoc anno respex-
 it. Catholicus enim civis (unica pene rosa
 inter haec veprata) hoc dum tempore
 praeter morem Sacerdotem nostrum acer-
 vit, ut domi suae infantulum sacro bap-
 tismatis fonte ablueret, et fremere quidem
 Lutheri discipuli coepere, sed contra reli-
 gionis exercendae libertatem nil ultra
 tentare sunt ausi.

Sunt et a bello, quod hic adhuc durat
 et a militibus nonnulli fructus relati.
 Quingenti milites Nyberni obfidem Catholicam
 a patrio solo exulare iussi, cum tentassent
 in Moschovia aestuariam Martis acaem,

in Nalun: in
 Moschoniae
 aestuario

in Livonicas dum oras delapsi Pizam la-
 ceri et nudi pene devenerant; ubi cum majori
 eorum pars militiae nomen dedisset, caeteri
 eorum se mari in Hispanias abituri se com-
 miserunt; ex quibus non pauciores centum
 per interpretem sarcinam peccatorum depositam
 animam coelesti cibo in sacris aedibus, at
 corpus humano intra septa Collegii corro-
 borarunt. Domesticus alius miles Iudicii
 iniquitatem causatus talionem reddere cogi-
 tabat, jamque in fines ipsius irumpere
 parabat, justo in eam rem conflatu exer-
 citu; sed cum ad interni iudicii forum
 ventum esset, efferus ejus animus ad
 mutandam sententiam flexus est. Non
 dissimili exitu in simili pene negotio fisco
 e manibus alteri extorta. Nunc enim cum
 integro anno per diu ^{ac} ~~per~~ pernoct in ea
 cogitatione esset, quam ratione in Dominum
 inimici irrueret, ipse unquam a medio tandem
 tolleret, consilio in melius mutato resi-
 puit.

Juvenis obstinato ad pietatem animo visio-
 ne primum horribili, pubi fumum post
 se trahentis, deinde fistulae disruptae
 ictu, quam contra spectrum lapidibus
 alias saepius impetitus exoneraverat, con-
 sternatus, eo celerius se poenitentiae sa-
 cramento cogitationem suscepit, quod aliud

M. Jung
 in sacris
 ut hinc hinc
 und.

maius etiam his periculum ipsū acrius
torqueret. Arte enim malefica et carmine
Ita quopiam vires hominis abtriverat, (in
Moschoviā tunc stipendiā merebat) ut
fundi toto corpore videretur, proindeque in-
utilis bello jaceret, sibi ipsi jam onero-
sus. Interuenit tandem in eā inuoluta-
ne corporis remediū præsentissimū ab
animo. Voto non nuncupato inuiscendae
B. Virginis Gestoriensis, post biduū ita viri-
bus firmatus est, equū ut conscendere
gladium vibrare, hastam contra hostiles
impetus intorquere potuerit firmissime.

Ille quoque non leuia ad incrementū
Ecclesiae afflictis in his partibus momen-
ta. Nostri quippe auctoribus Synodus
Clericorum in Collegii templo per Reueren-
dissimū Pontificem Venedensem coacta est,
praesente Visitate Apostolica. Nisi spec-
tatis controversiis, odiis, atque offensionibus
non leuib, duos e Nostri Sacerdotibus
sibi ut consilii Socios adiungit.
Synodum orationes duae Latino idiomate
a Nostri ad Clerum uniuersū habitae clau-
serunt. Exercitationibus piis Canonicorum
iūnis in Collegio excultus, alter Clericus
antequam sacerdotio inauguraretur. Ad-
lescens veritorum ciborum abstinentiam
seguis colere assuetus, equo stagnū
glaciatū transiit rupta glacie et equo

merso, ipse e periculo diuinā adiuuante
clementiā ereptus strictore in posterum in-
edia sese corporeque sextis feriis affligere
decreuit. Matrona nobilis voto Catholica,
in gravi infirmitate iam deposita Despera:
taque a medicis, cum imaginem quampiam
a nostro Sacerdote dari sibi postularet, isque
B. Dorromaei effigiem offerret, intuens ipsam
studiosius primū sensim sese reuiscere
animadvertit, post paulo cum incredibili
sua suorumque laetitia sanitatem integram
recepit. Altera honesta item femina in
morto fomno oppressa videre sibi visa fuerat
speciosas admodū tres matronas, e quarum
conspectu admirabili hausta voluptate au-
dit eam inuolutudinem extra mortis pericu-
lum esse positam. Experrecta cum morbi
viri perentisceret remissis, voto illius se
obstringit, primo quoque tempore, quo per
vires sacras sedes ingredi liceret, coelesti sese
pane refecturam, quod cum ingenti solatio
non multo post exlecta filiulam ab hae-
reticorum scholis retrahit.

Curlanda nobilitate generis illustri medico
usa Catholico animū ad fidem Catholi-
cam adiungere coeperat; cum interim a matre
praepedita Sacramentis sese firmare non
proset, ope saltem B. Virginis implorata
mūnivit, voto addito se viribus recupera-
tis templum Collegii adituram; sed morbo

lin. Structa
Pius

lib. fecius:

110.

ingravescente cum in extremo jam agone
positae Sacerdoti Catholico nihilo serius
accessus ad eam, matre obstante, praecclusus
esset, in antiquatamen fide servatoris suo
dulcissimo se spiritum tradituram profes-
sa est. Lepidum est hoc. Ex militibus
unus, cum ob homicidium patratum in
vinculis detineretur, mortis sententia
contra ipsum pronunciata vitae religio-
nis Sacerdotem accersiri ad se aliquoties pe-
tuerat, importunaque tandem petitori
sistitur a Lutheri pulpito comptulus
Minister, qui venientem suo aggressus
comunicare viatico subito illud ipsum inter
manus perdit, perditum quaerit, angulos
lustrat, sed nihil inveniens abit, ipso ca-
pulo jam proclime inter manus appari-
torum relicto.

und / wjw wjw

Derpatenses Nostri (ut quidem sunt tempo-
ra atque homines) magnam satis fructum
domi forisque collegerunt. De tota vita
auditi confitentes duodequingua: ja-
era frequentarunt amplius mille septin-
genti: ab haeresi absoluti tredecim, in
his unus, cum jam ante sumptum scutum
fidei impie abjecisset, fasus est nihil om-
nino toto eo tempore, quo profugus in fu-
gae ejus infamia perstitit, se animi
sententia sibi veniisse, neque dubitare se
fontem et fomitem omnis suae infelicitatis
praeteritae uni haeresi adscribendam.
cum praesertim ea abjurata prope ea

111.

omnia fluant, et veniant. Schismatici
etiam ad Romanae ecclesiae obedientiam
venire quingue. Scholae hoc primum anno
restitutae tenui admodum initio: viginti
omnino numerantur pueri, praefidiariorum
militum filii: Cives enim quo minus
suos Nostri instituendos tradant filios,
Ministri severa prohibitione deterent.
Reliquorum vel Esthonorum vel Polonorum
in tantis temporum angustiis desperi-
mus benevolentiam opibus majorem.

Anni 1612, Lugduni 1618.

p. 449.

Quattuor de quadringentis Socii hanc
provinciam recreverunt familiis quattuor:
Decim.

p. 503.

Septem supra trecentos Socii hanc Provinciam
regerunt

p. 514 - 518.

(Niesvisiense, ac) Rigense collegia.

Rigae animadversa sunt insignia invenien-
ta Divinae vel misericordiae, vel severita-
tis in Haeticos et Catholicos, prout quoque
facilem difficilemve se illius monitis
praebuit. Sexagenaria mulier, a curatulis
haeretica, ex morbo decumbebat, cum
afflante Numine, subit ~~eam~~ ^{eam} cupidus Ca-
tholicae religionis, quo ipso tempore praeter

112.
ejus domum ibat Sacerdos noster, ut ipse
ex lectulo cognovit. Solitaria jacebat, nec
aderat prope cujus opera uteretur, ad eum
Sacerdotem vocandum, quem maxime cu-
peret. Aegra igitur licet, exilite grabato,
proceditque in publicum, et contenta voce
nostrum ad se revocat; cui supplex advo-
luta rogat Catholicae fidei, et Sacramenti
Confessionis se compotem faciat, multis
lacrymis haeresin detestata, et tantam in
ea ^{tu} dicitur induratum. Anus alia octogenaria
cum ad Catholicos, unde defecerat, redisset,
nostris in celebri nobilium virorum coetu
narrabat, missum olim Divinitus homi-
nem, qui Livonicis haeresin dissuaderet,
quam Germani studiose invehebant. Eum
se hominem vidiose audisseque asseverabat,
cum Livoniam nudus obiret, Germanos
vehementer illatae in eam provinciam
haeresis argueret: indigenis novorum
dogmatum impietatem, damnaque judi-
cavit: Praepositoque Abseleno praediceret
post octogesimo annu, instaurata reli-
gione Catholica, haeresin resoluturam Li-
voniae finitus. Sed haec addebat eodem de
nomine prodigia: Vinculis adstrictum sae-
pius, in Haereticorum custodia nullis cate-
nis neque claustris attineri potuisse, sed
repente solutum in foris comparuisse, eadem
severe denunciantem: quinetiam bis ab

113.
Haereticis interentum, et semel membra:
tum dissectum, et inclusum sacco, postmodum
redivivum in foro concionandum existi-
tisse: ac demum, ubi nihil apud obstinatos
proficeret, videri desisse. Impuri oris, ac
maledicae linguae homo, Ecclesiae Sacra-
menta, et Catholicos Sacerdotes perpetuis
probris cum lacerare non desineret, amisso
linguae ~~usu~~ usu, vel invito altum si-
lentium postea tenuit. Alter, sellenium
totum Sacerdoti Confessionem suadenti,
vanis promissis illuserat, cujus postula-
tis victus, hoc anno, porrecta manu
fidem dedit Confessionis obtinendae: quam
fidem ubi minime praestat, manus, Puni-
cae fidei administrata, in paralysin so-
luta est, qua tandem plaga admonitus
promissa exsolvit. Contumacior quidam
fuit in eo genere, qui non modo nihil
promitteret cohortanti ad officium sa-
erae Confessionis, sed bene monentem, ejusque
rationes deridiculo soleret habere. Eius
in horreis cum incendium derепente fuisset
excitatum, isque irrupisset, ut saltem
pecuniae capsam, deflagrantibus caeteris,
inde subduceret, praevalente flamma,
cum pecuniis miser obrutus est. Lutheranus
Germanus, in Catholicos ritus debacchanti,

paucis mitius supplicium inflatum est
quo tamen, si saperet, bene uteretur. Non
est veritus, homo petulans, vacca in
Catholicum templum induere, eandemque
illius funalibus campani aeris illigare,
ut locum et sacra suis aequalibus lu-
dibris exponeret. Triduo nondum seculo
sacrilegam dexteram gladio truneatam
amisit, in singulari certamine, cujus
ipse auctor fuerat.

p. 518⁵¹⁹ - (519)

Derpatense Collegium (et Orosensis se-
des).

Sed tantum Socii versabantur in hoc Col-
legio, cum haec scriberemus, quorum ta-
mensi bene animata paucitas, intestinal
Provinciae motibus, finitimorumque irrup-
tionibus perpetuis, numerum functione
est prohibita. Morte quoque unius Socii
familia viribus est deminuta. Is fuit
Alexius Montotoorvitz rei familiaris ad-
jutor, quem molestus, unius anni, et
amplius, morbus, valde edereitum tandem
extinguit. In hac tamen veluti obordio-
ne nec domi, nec foris cessatum est, nunc
evocantibus nostros Catholicis, nunc im-
vocatis nobis advenantibus, quos spes esse
mensis colligenda. Duo ac viginti haere-

ticam falsitatem Deo et Catholicae veri-
tati subscriperunt. Tenia hujus nascentis
Collegii vestigalia, et instrumenta cives,
magisque Catholici, ac maxime viri no-
biles, studiose supplent, et quocumque
gratificandi genere suam nobis operam
liberaliter deferunt, utque impendant, ac
se moneri tantum volunt, si quid ejus-
modi sit, quod eis in mentem non ve-
niat. Ejus studii egregium documentum
edidit arcis, urbanique praesidii Prae-
fectus, cum didicisset regionem oppidi,
qua transvehenda erat sollemnis Eucha-
ristiae pompa, frequentibus haereticis
incoli, altisque coeni lacunis, et congesto
rudere non esse perviam. Eo enim desti-
navit militum catervas, et eas quidem
Haereticorum, forte, ut eis aere faceret,
ad egerendum lutum, ruderaque asportan-
da; Haereticis scilicet manipulis frenen-
tibus, lutario se operi addictos, in causa
tam aliena suis ritibus; caetera vero mi-
litum manu Catholica festo catapultarum
strepitu tota urbe suae fidei mysteria
ingenti gaudio celebrante. Infrequentem
nostram scholam etiam ipsi Haeretici
frequentiores videntur facturi, dato in-
tius ab adolescente nobili, quem nobis
pater comrois, multorum sermone ad-
ductus, puerorum nempe studia diligen-

116.
tius a nobis, quam apud suos proce-
rari.

Annorum duorum 1613 et 1614
Lugduni 1619.

p. 385.

Societas, latissimis hujus Provinciae con-
prehensa finibus, in solem eduxit, vel in
umbra exerevit operas, anno prioris qua-
dragenas denas, posteriore plures illis
quinas vicenas. . .

p. 433.

Lituanorum Sociorum trecentena septu-
na capita primum censa sunt, illis
deinde amplius quattuordena, Sedibus
denis quaternis, etc. . .

p. 448 - 451.

Rigense Collegium

Qua domi, qua foris de Calvinis ac cae-
terorum Coliarum segete frumentariae spi-
cae deceptus est centenarius incenarius
manipulus. Conjugum centena quadra-
gena septena paria, ritu nullo, non le-
gitimo sociata, ad solemnes Ecclesiae cae-
rimonias invocata denis, et rite con-
luerunt. Lutherano Catholicae puellae
nuptias ambientis erat facile polliceri,
copulatam sibi Romanis moribus et Sa-

rice, receptus
pro deceptus
+ non avena
vici

117.
cris sponfam, in avita fide profundae
suae spontis apud se futuram: sed faci-
lius itidem fuit, datam fidem Deo, et
affinibus, fallere, ut Lutherus Calvinoque
sua religio est in partes omnes versa:
tilis, qua se apperunt comoda. Reser-
nimirum ab ejus praetionis dicto sacra-
mento, auspice auctoreque Praedicante, nup-
tiarum sollemnia celebrat, securus infor-
tunii, quod imminerebat negligentis fortasse
in tuendo Catholico ritu Conjugi suae,
quam, per idem ferme tempus, mesoribus
in agro adstantem, vehementis turbo subli-
nem abripuit dimidiatoque inde milliari
exportatam in palustres lacunas abiecit
semimortuam, ubi solidum triduum seu-
sibus defecta jacuit. Eam paludis acco-
lale eum extractam e coeno, velut e sepulchro
detulissent dominum, nostrumque advolasset curi-
culo, Deprehendit viribus imbecillissimam, ma-
timeque perturbatam, cui ut persuaserat Sacra-
mentorum usum, et ei volenti attribuerat, mox
ei roboris quantum unquam habuerat, et cui-
mi liquida tranquillitas est restituta. Suadebat
noster Sacerdos mulieri, ut suppleri patere-
tur in sua prole sollemnes Baptismi caer-
monias, quibus eam Minister Haereticus non
affecisset, perperam a matre arbitratus ad
lustrandum infantem: quibus verbis offensa
irac impotens mulier, jaectatis in sacros ritus-

conjugii
+ Dat. Coni. Di.

scornatis, ac maledictis in Sacerdotem, eum
malam in crucem cum suis caerimoniis ad-
scitis abire iussit: nec triduo tardior in-
cuta est impietatis poena, eodem puero, ad-
huc trimo, collabente in puteum, unde non
emerfit.

✓ R

Anno altero sex et quinquaginta Haeresin
Dedidicere, lubentique provere. Ministropar-
ente nata mulier, in acerbis puerperii
doloribus, passa est ab nostro Sacerdote sibi
virus Haereticum detrahi, ope felicis partus,
quem et confestim est concepta: sed pacto-
rum conventorium postea invenor, non modo
ad veteres sordes rediit, sed conjugii, Catho-
lica sacra jam capessenti, propemodum aucto-
ruit, ut ab praecelare coeptis desisteret. Sed
feminae ingratae, contumaci, ac ~~impia~~ ^{impia} sub
illud tempus improvisa iuxta et acerba in-
cessit aegrotatio, quae refractariam ad extre-
ma vitae malorumque deduceret: quibus
merito conterrita eundem Patrem excivit,
profusa, sibi nunc certum esse ad Romanam
Ecclesiam sincero animo redire, in ejus sen-
tentia vivere perpetuo, ac emori, cui, triduo
quam noster Catholica Sacra fuerat imperti-
tus, est reddita sanitas, quam ut Numi-
ni luculentius acceptam referret, proximo
Palmarum die, publice in aede sacra cum
suo conjugio caelestis epuli mensae accubuit.
Magorum maleficiorum comperti eives, quin-

que de suis nocturnis conventibus ~~horrenda~~
prodidit: sed de eo, quem habere consueverat
Regiae, ipso in Calvinianorum fano, quod
olim sacrum erat Beatae Virgini, nunc im-
pietate Haeretica exauguratum, enunciarunt
ejus generis non pauca, ut tam familiari,
frequentique communionem templi sacerdotum:
que, secum ab Veneficorum universa tribu,
ejusque antistite Diabolo, tam studiose affec-
tata, vehementer attonitos eos suae conditionis
maximopere polniteret, pnderetque. Regium
solum sublimis invidens, humana specie,
frequenti circumstante ephelorum corona,
ferico pulloque Regis regionumque puerorum
vestitu, Erebi germanus saevum inibi exerce-
bat imperium in devota sibi dno sacramento
capita, prope quippe singulatum, et palam
recensere quot, quamque diras pestes in corpora,
familias, pecora, fata, et reliquias fortunas
quorumque mortalium intulissent. Referentibus
autem singulis plura gravioraque de se faci-
nora, quam potuissent edere, nichilo tamen minus
erant de toto conciliabulo acerbiores Tyranni
querimoniae, quod Livoniae levioem, quam
pro ejus odio, intulissent vastitatem; quam
si acriter exaggerare deinceps pergerent, apud
Inferos pollicebatur delicias infinitis par-
tibus cumulationes eis, quas caelo affingere
solent Christianis. Interrogati porro venefi-
ciorum rei, quidni conventus agerent in Ca:

Viri dicitur
vici
se / aep in
divindal papam
from / pap
palm / of
Tremis
lexica.

in dno d. indiz
Rat

tholicorum templis, respondebant eorum se
 ingressu prohiberi Divinae Hostiae potentissi-
 ma virtute ac, respectu aequal lustricae: qua-
 rum rerum cum ne umbram quidem habe-
 rent Hugonoti, non arceri posse ipsorum fa-
 nis, sed ad ea potius alligi multa similitu-
 dine ingenii, rituum, ac doctrinae, qua utri-
 usque partis valde conciliarentur animi. Haec
 aliaque hujusmodi, publice a veneficis, et
 secundum ipsorum supplicium, Hugonoto-
 rum plurimis sui suaeque sectae pudorem
 ac Calvinioni honorem inensere, ut eo de-
 cepto abstinerent.

p. 451 - 456.

Derpatense Collegium.

In praeteritarum cladium bustis, ferme adhuc
 fumantibus, septem de nostris, reliqua ma-
 nis, pro commisi agri vastitate, incolimus
 multamque in eo ponimus operam, ut ei-
 ves exterique se ab notis volentes patiantur
 juvari. Toto certe hoc tractu diuturna Hae-
 reticorum consuetudo ingeneravit in Catholica
 plebe incredibilem Divini cultus, Christianaeque
 disciplinae contemptum, sed duritiam animi,
 caecitatem, stuporemque incomparabilem, ut
 vix eam possit afficere caelestium praemiorum
 aut aeternorum suppliciorum cogitatio. Ea
 scilicet vis est pravae consuetudinis, ut perspi-
 ma quaeque, longo tandem usu, boni speciem
 quamdam induant, quae assuetudine sui adeo
 fallat incautos, ut recti pravique seu confuso
 seu sublato discrimine, faciendi de apertis!

rebus iudicii eis adimat facultatem. Praeter
 insitam plebeis stuporem: Curionumque vel
 paucitatem, vel in rudium instituendis animis
 inertiam, quod Calvinianis pronunciatis epis-
 modi pridem personarent omnium aures, qui-
 bus suaderentur, cuique mortalium suo in
 dogmate certae salutis rationem esse consti-
 tutam: non fuit mirum in eam opinioem (lege: opinionem)
 rudes homines esse delapsos, ut promiscue
 Catholicum Haereticumque ritum usurpare
 se jure arbitrarentur. Huic rituum, sacro-
 rum confusione, seu rerum Divinarum potius
 sacrilegio abolendo, nostri, et in urbe, et
 extra urbem, singulorum familias sibi
 lustrandas omserunt, et re ipsa lustrarunt,
 ut dissimilium rituum discretis ubique
 capitibus, sui muneris quolibet de familia
 serio admonerent: Catholicorum nempe sin-
 gulos, ne ulla ex causa in sacris rebus, cum
 alieni dogmatis hominibus communionem vel
 levissima illigarentur; Patres vero familiae
 Haereticos sui juris esse paterentur quolibet
 de suis Catholicum, in profitenda fide. Fe-
 liciter cessit plerumque nostrorum haec di-
 ligentia, ut herorum in famulos, patrum
 in liberos severitas remitteretur, et eos deinde
 suis finerent vivere ritibus, persuasi Patrum
 nostrorum ratione, qui dicerent, non vi, sed
 persuasionibus, res Fidei esse tractandas. Antea
 certe seu filii seu famuli Haereticorum, tametsi

Romani ritus essent, ad Ministerium adirentur
tur nuptiarum jungendarum gratia: jam vero
praecise negant, se Pastoris Haeretici usus
opera, qua constantia evincunt, ut suae
conjuges, rituum nostrorum sanitate de-
limitat, et adactae occulta vi, ad eorum
professionem voluntariam transeant. Lu-
therana mulier libenter audiebat coniectiones
nostrorum, cui magnopere arisfit, quod ali-
quando exceperat de colendo jejuniis, ut
mos confilium caperet ejus adhibendae me-
dicinae ad sedandos alvi (in alii) crucia-
tus intolerabiles, quibus frequentissime vex-
aretur; ea igitur causa vovet perpetuum
diem Veneris jejuniis, quo nihil adci-
bium esset additura praeter panem, et frigi-
dam, raphanum et falem, quo medicamento
usa, primo ipso die ventris illos immanes do-
lores penitus extinxit, ac deinceps je-
junii religionem colit diligentissime.

Quantum malignae caecitatis, praefractae
que obstinationis eorum pectoribus infun-
dat Calvinismus, quos semel incedit,
superiorum annorum, sed secundi hujus
experientia maxime didicimus. Oestonium
animi, quorum in finibus est Derpata, na-
tura sunt ad pietatem propensissimi, sacra-
rum verum indigenae cupidi, ac reverentes
quam maxime, vix ut cogitari possit, non
tota modo Polonia, sed Europa etiam, reli-

giosior populus Oestonium gente universa,
quibus id accidit, quod sapiens quisque
facile conjiciat, ut naturali hac inductio-
ne mentis erga Divinum cultum occupati,
quidquid religionis specie aliquando com-
biterint, in eo tenacissime adhaerescant.

Derpateusium ergo civium plerique Cal-
vinismi tetricis erroribus implicati, tametsi
proximorum annorum vis vesati calamita-
tibus, quas nemo, nisi sponte caecitatus,
dubitarit, Haeticorum ulciscendis iura-
mentis sacrilegii e caelo inflictae, perstant
tamen in Haefi, vana illa sanctoris
adepti Evangelii opinione ipsos illudente,
nostroque labores in se colendis, fere irri-
tos in hunc diem esse finiunt. Quamobrem
ad rusticanae plebis institutionem traductis
operis, villas, agros, silvas obimus conti-
nenter, ingenti aegrestis multitudinis ad
solidam pietatem progressu. Vestris grega-
tum procedunt obviam, ac velut caelitus
missos ad se nuncios, omnia recipiunt vene-
ratione, mox vero, antiqua gentis consuetu-
dine, poseunt sibi Apostolorum designari, hoc
est, Tutelarem e caelitis aliquem, cujus
se custodia septos velint, cuique honorem
solent habere singularem, ac nominationem
pridie Natalis ejus, domesticos accipiant
coena lautiore, ipsorum autem Natalem
colant sanctissime. Secundum hanc peti-

124.
tionem sunt et alia religiosarum rerum
postulata, ut sacrorum Agnorum, et hu-
jusmodi, quorum apud eos est veneratio
supra quam credi potest: tum prolati
salle, aqua, et variis frugibus, poseunt in
haec omnia Sacerdotum ex Ecclesiae ritu
faustas preces, quibus impetratis, ni-
hil sibi, rebusve suis, finesti vel a mor-
taliū quoquam, vel ipso ab Ore solent
metuere. Ac eorum quidem religiosae
Fidei, Deo propitio, respondeant) reverentis
felicissimi, ut quidquid morborum, quid-
quid adversorum casuum ab Caedaeomone
ac Beneficiis, ingratat, his amuletis in-
strueti ab se nullo negotio amoliantur
Sacerdotes omnes, et in eis nostros praes-
sertim, ut aliquem Caelitum, pro ea
muneris dignitate, qua norunt eos fini-
gi, Christi obeunda vice in Sacrorum
procuratore, reverentur, et res quaslibet
ipsorum contactu Sacrae dignationis quid-
dam fortitas esse autumant. Tertium qui-
dem nostris Sacerdotibus apud se cuban-
tibus substratum, studiose a reliquo seer-
nunt, et, aequis per singula capita portio-
nibus, pecori suo sospitando dividunt,
quoniam, inquiunt, Sacerdos super id
pabul. (um) et quievit, et orationes fudit,
Erga Divinam Hostiam Vestones feruntur
religione incredibili, qua una illecebra
revocantur ab Haeresi, maxime ubi depre-
henderint, in Haereticorum frigida Coena,

125.
praeter profani panis buccellam, nihil
subesse, aut subesse posse. Ejusmodi rutundae (null. a. tutundae)
quastatu, quod nemini unquam mortalium
ab aegrotatione factum sit melius, Romani
vero ~~non~~ ^{moris} Eucharistia pie usis, quod
suorum plerique restitui quotidie amissam
valetudinem observant, id vero argumenti
habent ~~in~~ iustar omnium, cur dubitare neu-
tquam possint, stare ab suis partibus veri-
tatem: Calvinianosque, ad edendum Di-
vinae alicujus efficacitatis quidpiam ex
suo arcano panariolo, audacter, et cum
ludibrio, provocent. Sanctos, caelo fruē-
tes, Catholicorum omnes Curiae, secundum
Deum, pie colunt, sui que cultus uberes
insuras a Beatis solent accipere: quam-
obrem qui sunt in potestate Haereticorum
Satraparum, studiose ipsorum gratiam
demerentur, ut iis lubentibus Beatorum
sibi liceat Natales feriatos ducere. Eius
autem ritus Dynastarum unius, cum
rusticani conventus postulata in eo
genere averfatus, veniam non daret Beato
Laurentio festum diem religiose traducendi:
praetereaque cum stomacho subjungeret,
feriarum nihil deberi Laurentio, cujus
dignitate sua dignitas esset utique augustior
sanctiorque. Sub idem vero tempus, intimis
in horreis impii Satrapae, ignis, occulto
casu conceptus, paucis horis frumentariam
ejus annonam plane corruptit: unde rustici

126.
didicere, quem Caellitum avertendis incendiis
pae solerent appellare, Divinae ipsorum
atque suae injuriae vindicandae, ultrici-
bus flammis adversum barbaram impie-
tatem justissime fuisse grassatum.

Derpate $\frac{3}{X}$ 1889.